mittit.In quis molliciem:socordiamq; uiri accusare:testari deos per quos iurasset: monere ne p̄mia Metelli in pestem conuerteret.Iugurthæ exitū adesse:Cæterum sua ne:an uirtute Metelli periret id modo agitari.Proinde reputaret animo suo p̄mia an cruciatum mallet. Sed cū hæ literæ adlatæ sūt: forte Nabdalsa exercito corpore fessus.in lecto q̄escebat:ubi cognitis Bomilcaris uerbis:primo cura:deinde uti ægrum animum solet:somnus cœpit Erat ei Numida quidam negotiorum curator: fidus:acceptusq;:& omnium cōsiliorum nisi nouissimi particeps:Qui postquam adlatas literas audiuit:& ex consuetudine ratus opera: aut īgenio suo opus esse:in tabernaculum introiuit: Dormiente illo epistolam super caput in Puluino temere positam sumit:ac perlegit.Deinde propere cognitis insidiis ad Regem pergit.Nabdalsa paulopost experrect⁹: ubi neq; epistolam repperit:& rem omnem uti acta erat ex perfugis cognouit: primo indicem persequi conatus:postquam id frustra fuit:Iugurtham placādi gratia accedit:dicit quæ ip̄e parauisset facere:perfidia clientis sui præuēta: lachrymās obtestatur per amicitiam:perque sua antea fideliter acta:ne sup tali scelere suspectum sese haberet. At ea Rex aliter atq; animo gerebat:placide respōdit.Bomilcare atq; aliis multis:quos socios insidiarum cognouerat:interfectis:iram oppresserat:neq̄ ex eo negocio seditio oriretur. Neq; post id locoꝝ Iugurthæ dies:aut nox ulla quieta fuit. neq; loco: neque mortali cuiquam:aut tempori satis credere:

Et dormiente illo:idest quum ille: scilicet nabdalsa dormiret.sumit:idest appræhendit nullo porrigēte: ac perlegit postq̄ sumpserat. epistolā: idest litteras a Bomilchare ad nabdalsam missas positam.temere.i. inconsiderate super caput sup.eius in puluino (dicit enim puluinar).i.capitis sustentaculo:Deinde pergit propere.idest festinanter ad regem: scilicet iugurthā insidiis:scilicet a bomilchare & nabdalsa illi paratis: cognitis.Nabdalsa experrectus: idest per se e somno excitatus paulopost.ubi: neq; repperit epistolā.& cognouit omnem rem uti erat acta:scilicet a numida illo familiari:& iugurtha qui bomilcharem ad supplicium saltem ad dixerat.ex perfugis:scilicet ex iis qui id nunciaturi ad ipsum perfugerant. conatus est primo persequi indicem:idest numidam illum familia

temere

Puluinar

experrectus

rem qui proditionem indicauerat regi: postq̄ id fuit frustra:scilicet inceptum:forte quia in contubernio: regis iam erat.accedit iugurtham gratia placandi:id est faciendi pacatum.dicit ea quæ ipse parauisset facere esse præuenta:idest prærepta perfidia sui clientis:hoc est familiaris hoc est dicit q constituerat litteras Bomilcaris ad p̄ditionem regis cohoctantes regi idicare:sed quia somno erat correptus.perfidus cliens eas præripuerat: qui ideo perfidus:quia in damnum patroni sui id fecerit cum nesciret quali animo ipse in regem esset.& obtestat: lachrymans per amicitiam & peracta sua: hoc est quæ egerat ante fideliter:ne haberet se suspectū:super hoc est de tali scelere: scilicet proditionis. Rex: scilicet iugurtha respondit ad ea: scilicet uerba placide. & ita aliter quam gerebat animo(hoc est dissimulanter. erat enim omnium simulator & dissimulator). Et cā est:quia oppræsserat: idest frenauerat iram. Bomilchare iterfecto & aliis multis sup.interfectis quos cognouit socios insidiarum: & id sup. fecerat. ne q̄ idest ne aliqua seditio aut bellum sup. aliqd orire ex eo negocio: hoc est ex criminatione Nabdalse. Neque post id iugurthæ &c. Commemorat ut iugurthæ post compertam Bomilcharis proditionem necemque:eius nunquam deinceps quietus animus fuerit: utque omnia suspecta habuerit dicens.Neque dies:idest tempestas diurna: neq; nox ulla:fuit iugurthæ post id: scilicet quod dictum est hoc est post responsum datum Nabdalse & necem: Bomilcharis consciorumque eius:neque credere:id est credebat hoc est confidebat satis loco. neque cuiquam mortali:hoc ē homini aut tempori: quia omnia habuit suspecta.Metuere hoc est metuebat: iuxta idest pariformiter & sine discrimie.ciues:scilicet suos quorum ipse princeps & rex & hostes:hoc est romanos.Circunspectare:idest circunspectabat omnia & pauescere: idest pauescebat omni strepitu: scilicet facto quiescere: idest quiescebat.sæpe contra decus: regium alio atque alio loco: id est in diuersis locis

regie maiestati minime idoneis. Et facere: idest faciebat interdum tumultum: scilicet belli cum armis. arreptis: idest postquam arripuerat arma existens. excitus idest excitatus & excussus somno. Et ita agitari: idest agitabatur formidine quasi uecordia: hoc est furia & dementia quadam.

Ciues: hostesq; iuxta metuere: circunspectare omnia: & omni strepitu pauescere: alio: atque alio loco sæpe contra decus regium noctu requiescere: interdum somno excitus arreptis armis tumultum facere: ita formidine quasi uecordia exagitari.

IGitur Metellus: ubi de casu Bomilcaris: & idicio patefacto ex perfugis cognouit: rursus tanquam ad integrum bellum cuncta parat: festinatque Marium fatigantem de profectione: simul & inuitum: & offensum sibi: parum idoneum ratus domum dimittit. Et Romæ plebes litteris: q̃ de Metello ac Mario missæ erant cognitis: uolenti animo de ambobus acceperant. Imperatori nobilitas: quæ antea decori fuerat: inuidiæ esse: At illi alteri generis humilitas fauorem addiderat. Cæterum in utroque magis studia partium: quam mala: aut bona sua moderantur. Præterea seditiosi magistratus uulgus exagitare: Metellum omnibus cócionibus capitis arcessere: Marii uirtutem in Maius celebrare. Denique plebes sic est accensa: uti opifices: agrestesq; omnes: quorum res: fidesq; in manibus sitæ erant: relictis operibus frequétarent Marium: & sua necessaria post illius honorem ducerent. Ita perculsa nobilitate: post multas tempestates nouo homini consulatus mandatur: & postea populus a Tribúo plebis Lucio Manlio Mantino rogatus: quem uellet cum

IGitur metellus & cætera. Redit ad gesta metelli dicens: Igitur metellus. ubi: idest postquam cognouit. ex perfugis: idest his qui ex iugurthinis ad se perfugerant: quibus fere ad isidias priusquam cogni essent utebant: aut tūc cognouerat cū iam primum perfugerent diffidentes rebus iugurthinis. de casu: idest occasu & morte: Bomilcharis. & de indicio: scilicet proditionis regis promisse. patefacto. scilicet per familiarem. Nabdalse: parat rursus cuncta tanquam ad bellum integrum: idest ex integro resumendum. & festinat. i. festinanter omnia facit: unde dimittit: scilicet a se. domū idest romam mariū: scilicet legatum fatigantē: idest se assidue sollicitantem. de profectione: idest ut posset Romam proficisci: ad consulatum petendum: & simul ratus: inulsum & offensum: sibi supple fore deinceps parum. idoneum: scilicet ad bellum fideliter gerendum. Plebs: idest populus uulgaris. romæ: id est quæ romæ erat cognitis litteris quæ fuerant misse de metello ac mario: idest de dissentione & factione eorum acceperat priusquam marius aduenerat. hæc: scilicet quæ dicta sunt uolēti animo de ambobus: scilicet de mario ꝗ criminatus eēt metellum: & de metello ꝗ in crimen citaretur. Et ita nobilitas: quæ fuit antea imperatori: scilicet metello. decori: idest ad decus & honorem: esse supple cæpit: aut esse pro erat illi. inuidie: idest ad iuidiam. At humilitas: idest abiectio & ignobilitas generis. addiderat illi alteri: scilicet mario. fauorem: scilicet popularem p̃sertim plæbium. Cæterum: idest sed studia: idest fauores & contentiones. partium: scilicet nobilium qui metello fauebāt. & plæbeiorum qui mario: moderata sunt hoc est gubernationem tenuerunt magis in utroque: scilicet & metello & mario quam aut bona aut mala sua: idest quam aut uirtutes aut uitia ipsorum: idest plus potuerūt in ea re studia & fauores quam merita utriusque. Præterea magistratus seditiosi: uidelicet tribuni plebis. exagitare: idest exegitabant & solicitabāt. uulgum: idest plæbem: scilicet ad seditionem quendam in metellum. & arcessere: idest arcessebant: idest citabant: & expostulabant metellum capitis: scilicet reatu: aut pæna: supple in omnibus cōcionibus quas ad populum faciebant: & celebrare: id est celebrabant uirtutem Marii in maius: hoc est augēdo eam & maiorem: prædicando quā erat. Cælebrare enim est celebre facere. Cælebre autem plus est quam frequens: quia honorem illi addit: ut Valla latius docet. Denique plebs sic est accēsa. Recitat quātum potuere instigationes factiosorum in plæbeios: qui eos eo impulerunt ut derelictis etiam necessariis opificiis marium frequentarent. unde dicit. Denique: Id est tandem per multas conciones cohortatorias plæbs: scilicet romana. est sic idest intantum accensa: scilicet studio i marium. uti: idest ut opifices: id est facientes: opera ut uulgo dicūt mechanica ut sunt pelliparii: crepidarii: sutores & cætera: & omnes agrestes: idest in agro degere soliti: quorum res: idest diuitiæ. & fides: idest credulitates passiuæ: erant site: id est posite in manibus. idest in opere manuali: quia ut dicit Iuuenalis. Quantum quisque sua nummorum spectat in archa. Tantum habet & fidei & cætera frequentarent: idest frequentes comitarentur marium: relictis operis: idest laboribus & opificiis suis. & ut ducerent: idest haberent & reputarent. sua necessaria: scilicet negocia. (quasi dicat cum paulo qui non laborat non manducet) post honorem illius: scilicet marii. Ita: idest sic nobilitate perculsa: idest stupefacta & attonita: consulatus mandatur: idest decernitur homini nouo: scilicet mario: qui nunquam eum obtinuerat nec maiores eius. unde ad consulatum nouus erat: mandatur dico post multas tempestates: quibus non fuerat uisus nouus homo cōsul creatus.

Et Populus : scilicet Romanus : rogatus : id est interrogatus . postea.s.quam Marius consul esset designatus : a Lucio M lio Micino tribuno plebis : qué uellet gerere : idest exercere bellum cum iugurtha: idest contra iugurtham frequens : scilicet populus iussit marium : scilicet bellum cum iugurtha gerere. Sed senatus decreuerat : id est publico: decreto addixerat paulo ante. ut uisum est prouinciam numidiam : scilicet nomine: ut sit appositio:aut numidicam . Metello : scilicet imperatori : Sed ea res : idest decretum senatus : fuit frustra : scilicet facta: id est irritum habitum : quia ut postea narrabitur apertius : Marius in numidiam exercitum parabit.

nera faceret aut ab iisdem locis uel in eadem proficisceretur circumueniri posset . & pergere: idest pergebat . modo.i.interdum aduersus hostes : & interdum in solitudines . & habere : idest habebat sæpe spé in fuga : ac paulopost in armis . Dubitare : idest dubitabat an crederet minus uirtuti.i. fortitudini.populariũ.i. fautorũ saltem apparentium : an fidei : id est fidelitati . Ita : id est &. sic res erant aduersæ sup. ipsi quocunque intenderat:scilicet conatum . Sed inter eas. Commemorat ut iterum uictus sit iugurtha nõ ipsius sed militum uitio. Sane ubique iugurtham animosum & callidũ íducit quasi more poetarum uelit ad laudẽ romanorum uictorũ. uicti uirtutem commendare : ut Homerus hectoris & Maro turni. Dicit autem sic. Sed Metellus ostẽdit se repente cum exercitu inter eas moras.q̃s traxerat iugurtha dubitans quidnam inceptaret. Numide: scilicet milites iugurthini sunt parati : & instructi ab iugurtha protẽpore:idest quantum: dabatur pro puncto : temporis. repente eni adoriebat Metellus: Prælium incipitur(interdum incipit absolute dicunt : sed minus idonei).inde:idest deinde & certatum est resistendo aliquandiu. ibi:idest i ea parte pugne affuit rex.s.iugurtha cæteri milites eius : sc oẽs pulsi & fugati prio cõgressu.Romani.s. milites: potiti sunt aliqto numero .i. satis magno signorum : idest uexillorum : & armorum . scilicet detractorum a fugientibus numidis . & paucorum hostium . ideo paucorum . Nam pedes tutati sunt ferme: idest quasi aut fere in omnibus præliis numidas : magis quam arma sup. eorum tutata sunt : quia ex fuga fere salutem inuenerunt. iugurtha diffidens modo impensius : idest habundantius solito.rebus suis ea. fuga : id est propter eam fugam peruenit cum perfugis qui eum non : audebant derelinquere : & parte æquitatus : scilicet regii.qué solũ dixit prius regẽ soleř sed amisso ṗlio: puẽit dico í solitudines.i. terras desertas : & deinde

Iugurtha bellum gerere: frequens Marium iussit. Sed senatus paulo ante Metello Numidiam decreuerat. Ea res frustra fuit.



Odem tempore Iugurtha amissis amicis quorum plerosq; ipse necauerat : cæteri formidine pars ad Romanos: alii ad Regem Bocchum perfugerant: cum neq; bellum geri sine ministris posset: & nouorum fidem: in tanta perfidia ueterum experiri periculosum duceret uagus: incertusq; agitabatur: neq; illi res ulla: neque consilium: aut quisquam hominum satis placebat: Itinera: præfectosq; in dies mutare: modo aduersum hostes: interdum in solitudines pergere sæpe in fuga: ac paulopost spem í armis habere: dubitare uirtuti: an fidei popularium minus crederet ita quocunque intenderat: res aduersæ erant. Sed inter eas moras repente sese Metellus cum exercitu ostendit. Numidæ ab Iugurtha pro tempore parati: istructiq;: deinde prælium incipitur. Qua in parte Rex pugne adfuit: ibi aliquandiu certatum est. Cæteri omnes eius milites primo cõgressu pulsi: fugatiq;: Romani signorum: & armorum & aliquando numero hostium potiti. Nam ferme Numidas in omnibus præliis magis pedes : quam arma tutati sunt . Ea fuga Iugurtha impensius modo rebus suis diffidens: cum perfugis: & parte equitatus in solitudines: dein Thalam peruenit. Id oppidum magnum: atque opulentum: ibiq; pleriq; thesauri : filiorumque eius multus pueri-



Odem tẽpore & cætera . Redit ad conatus iugurthæ recitandos dicens. Eodẽ tẽpore . quo : scilicet dicta fierent Romæ : & in exercitu . iugurtha amicis amissis : id est postquam amiserat : eos quos prius in amicorum numero habuerat (quorum ipse negauerat. plerosq; idest plurimos ut Bomilcharem & conscios eius. & quorum cæteri profugerant . s. procul ad defensionem fugerant. formidine : idest ex formidine aut propter: formidinem pars.i.parti aut alii ad romãos alii ad bocchũ regẽ.s. mauritaniæ) cum neq; bellũ posset geri sine administris.i. auxiliariis. & duceret.i. reputaret periculosum . experiri fidem nouorum: scilicet auxiliariorũ aut amicorum in tanta perfidia; idest ubi comperisset tantam perfidiam . ueterum licet : auxiliariorum : quos amicos fidosque duxerat. agitabatur : idest uoluebatur & uersabatur . uarius : id est multarum cogitationum. & incertus: scilicet quidnam inceptaret : Neque res: idest negocium : neque consilium : aut quisquam hominum placebat ; illi satis . Mutare : idest mutabat in dies : scilicet singulos : idest per singulos dies: aut intelligamus magis . itinera : idest itiones suas . & profectus : id est profectiones : & digressus : ne si semper eadem iti-

Bocchus rex Mauritaniae

& tpore

Incipi tur

inde

signa

impen

tię cultus erat. Quæ postquam Metello comperta sunt: quanquam inter Thalam: flumenque proximum in spacio millium quinquaginta: loca arida: atque uasta esse cognouerat: tamen spe patrandi belli: si eius oppidi potitus foret: omnes asperitates superuadere: ac naturam loci etiam uincere aggreditur. Igitur omnia iumenta sarcinis leuari iubet: nisi frumento dierum decem. Cæterum utres modo: & alia aquæ idonea portari. Præterea conquirit ex agris quam plurimum potest domiti pecoris: eoque imponit uasa cuiusque modi sed pleraque lignea collecta ex tuguriis Numidarum. Ad hoc finitimis imperat: qui se post Regis fugam: Metello dediderant: quamplurimum quisque aquæ portaret: diem: locumq; ubi præsto forent: prædicit. Ipse ex flumine: quam proximam oppido aquam esse supra diximus: iumenta onerat. Eo modo instructus ad Thalam proficiscitur. Deinde ubi ad id loci uentum est: quo Numidis præceperat: & castra posita: munitaq; sunt: tanta repente cœlo missa uis aquæ dicitur: ut ea modo exercitui satis: superq; foret. Præterea commeatus spe amplior: quia Numidæ: sicuti pleriq; in noua deditione: officia intēderant. Cæterum milites religione pluuia magis usi: eaq; res multum animis eorum addiderat. Nam rati sese Diis Imortalibus curæ esse. Deinde postero die contra opinionem Iugurthæ ad Thalam perueniunt: Oppidani qui se locorum asperitate munitos crediderant: magna: atq; insolita re perculsi: nihilo segnius bellū

Thala

thalam id oppidum: scilicet thala. est sup. magnum atque opulentum: idest plenum opibus. thesauri regis plerique: id est plurimi. supple erant ibi: & multus cultus. idest ornatus pueritię filiorum eius erat ibi. Quæ scilicet dicta de fuga regis & de opulentia thale. postquam comperta: idest cognita sunt Metello: quamquam cognouerat loca esse arida: idest sicca sine aquis. & uasta: idest sine domiciliis ac cultoribus ualde ampla & capacia hoc est deserta inter thalam: scilicet oppidum & flumen ꝓximum: in spacio quinquaginta milium: scilicet passuum. tamen aggreditur: idest tentat superuadere: idest superare uadēdo omnes asperitates: scilicet locorum ac uincere etiam naturā: quæ transitum uetabat. id autē faciebat spe belli patrandi: idest committendi cum iugurtha si foret potius eiꝰ oppido: scilicet dominio aut imperio: sine quo potior cum genitiuo construatur. Igitur quia omnia attentare constituit Metellus iubet omnia iumenta leuari: idest deonerari sarcinis: idest oneribus rerum militarium: nisi: id est prætérquam frumēto decem dierum. Cæterū id est sed econtrario: iubet modo: id est solummodo. utres: id ē uasa ex coriis in quibus interdum uinum interdum oleum nūc aquas portabant. & alia uasa (ergo & utres uasa sunt) idonea aquæ: scilicet transportande. portari: scilicet ab iumentis. præterea. idest simul cōquirit. ex agris: idest pagis uicinis quam idest quantum potest plurimum pecoris: domiti: idest cicuris aut domestici: ut sunt equi: muli: asini: boues & cætera: q; pro & imponit eo ad id aut in id: hoc est pecus domitū. (Est autem aduerbium pro nomine aut antiquus datiuus. nam nos diceremus eique & cætera.) uasa cuiuscūq; modi. sed pleraq; idest plurima lignea. collecta: idest coaceruata. ex tuguriis: idest casis & uillis numidarum. Ad hoc: idest insuper imperat finitimis: scilicet populis: idest in confinio habitantibus: qui dederant se Metello imperanti: aut dederant post fugam regis ut quisque portaret: quamplurimū: idest ualde multum aquæ & prædicit supple ipsis: idest constituit diem & locum in quo & ad quem portarent. ubi fuerūt præsto: idest parati. Ipse præterea quæ deditiis imperauerat. onerat: idest onerare iubet (quia seruilia ministeria non decent imperatorem: uerum ea quis facere censetur quæ imperat aut consulit) iumenta ex flumine: idest aqua fluenti. quam aquam id est quod flumē nos diximus supra. esse proximā oppido: scilicet thale. & tamen nō erat propinqua: sed interuallo quinquaginta milium: scilicet passuum. Et est dictū sicut illud Eneidos. quinto. Proximus huic longo: sed proximus. Ad thalam interuallo: insequitur salius. Et ipse instructus eo modo proficiscitur ad thalam: scilicet oppidum ubi proprio dant præpositionem. Deinde ubi uentum est ad id loci quo præceperat numidas: scilicet dedititios uenturos esse (quia diem & locum uis prædixerat) & castra sunt posita & munita tanta uis: idest copia seu abundantia aquæ dicitur missa: scilicet per pluuiam quasi celitus data sit repēte: idest subito ut ea: scilicet aqua modo: idest solummodo aut sola siue apportata foret satis: & supple: idest plusquā satis. Præterea commeatus: idest cibus ꝓ exercitu erat supple. amplior. spe: id ē quā sperauerat: quia numide intenderant: idest intentius effecerant officia: idest exercitia debita in noua: idest recenti deditione sicut plerique faciunt: quia ut dicitur: principium feruet: medium calet. & tepet imum. Cæterum: idest sed milites sūt magis usi. pluuia pro religione: idest pro re diuina uoluntate per acta. & ea res addidit multum animis: idest animositati eorum. Nam rati sunt sese esse cure diis immortalibus deinde perueniunt postero sequenti die: ad thalam contra opinionem iugurthæ qui opinatus erat eos eo nunquam accessuros. Oppidani: idest ciues thalenses qui crediderant se munitos asperitate locorum: eo q; propter penuriam aquæ in loco intermedio inaccessibilis cum exercitu uidebatur urbis illa. perculsi: idest perplexi: & attoniti. re magna atque insolita.

Margin notes beside the commentary: superuadere (handwritten) · potior (printed) · Vtres i. uasa (handwritten) · ad thalam (printed) · Principium feruet (handwritten)

parare:idest parabât nihilo segnius:idest negligẽtius q si non fuissent perculsi bellum & nostri.i.Romani. facere.i.faciebant.idem:idest equæ intente parabant bellum.Sed rex:scilicet iugurtha credens iam nihil infectum:idest si dicatur ifactibile.(Nam in suis par ticipiis sæpe utimur pro uerbalibus in ilis.ut aut il laudati pro illaudabi lis:& inaccessos pro saccessibiles apud Maronem)Metello quip pe.i.utpote:qui uicecerat industria omnia tela:arma:locos:tempora.Deniq: ipsam naturam imperitantem.

infectum

quod hic superimpositum narratur. Nam addit:& iubet iacere.i.instruere iactis fundamentis:super eas .s.uineas:in quibus latitabant milites aggerem.i.cumulum terre aggeste:id est apportate:& iubet tutari opus:scilicet inceptum de uineis & aggeribus & administros.i.milites in eo agentes:turribus impositis:

parare:idem nostri facere.Sed rex nihil iam Metello infectũ credẽs:quippe qui oĩa arma:tela:equos locos:tẽpora:deniq: naturã ipsam cæteris ĩperitantẽ:industria uicerat:cum liberis:& magna p̃te pecuniæ ex oppido noctu p̃fugit. Neq: postea in ullo loco amplius uno die:aut una nocte moratus:simulabat sese negotii gratia p̃perare.Cæterũ p̃ditionem timebat:quam uitare posse celeritate putabat.Nam talia cõsilia per otium ex opportunitate capi.At Metellus ubi oppidanos p̃lio intentos:simul oppidũ & opibus & loco munitũ uidet:uallo fossaq: mœnia circũuenit.Deĩde locis ex copia maxime idoneis uineas agere:supq: aggerẽ iacere:impositis & super aggerem turribus opus & administros tutari.Cõtra hæc oppidani festinare:parare:prorsus ab utrisq: nihil reliquum fieri. Deniq: romani multo ante labore:p̃liisq: fatigati:post dies quadraginta:quam eo uentum erat oppido modo potiti:præda omnis a perfugis corrupta.Hi postquam murum arietibus feriri:resque suas aduersas uident:aurum:argentumque:& alia:quæ prima ducuntur:domum regiam comportant.Ibique uino & epulis onerati:illaque & domum:& semet igni corrumpunt:& quas uicti ab hostibus pœnas metuerant:eas ipsi uolentes pependere.

cæteris.s. ingeniis aut rebus:profugit noctu ex oppido cum liberis & magna parte pecuniæ.Neq:.i.& non:& ipse nõ moratus postea in ullo loco amplius uno die aut una nocte simulabat se:p perare.i.festinare sic gratia negocii:scilicet quod gerebat.Cæterum.i.sed ipse timebat p̃ditionem:scilicet a suis:quam timebat se supple.posse uitare celeritate.Nam talia cõsilia:scilicet de proditione facienda solent capi.per ocium:idest cessationem.ex oportunitate:idest conuenientia temporis.Nõ enim potest rex tradi sine oportunitate loci in quo insidie locẽtur quæ locari nõ possunt

idest per turres ligneas impositas super aggerem.Oppidani festinare:idest festinabant:parare:idest parabant:contra hæc:scilicet incepta Metellis:nihil prorsus:idest omnino fieri:idest fiebat reliquum:idest relictum & non factum quod fieri deberet:ab utrisq::scilicet intus & foris existentibus. Deniq::idest tandem Romani fatigati:scilicet ab oppidãis multo labore & præliis:scilicet multis ante scilicet quam caperent oppidum.potiti sunt modo:idest solummodo oppido post dies quadraginta:idest quadraginta diebus postea:quam uentum erant:scilicet ab ipsis:eo:idest ad id oppidum.Ideo autem solummodo oppido:qa omnis præda corrupta est a perfugis:scilicet ab his qui primũ ad Metellũ pertinuerãt & deinde ad iugurtham perfugerant

nisi sciantur itinera. At Metellus. Recitat oppugnationem & tandẽ expugnationẽ Thale oppidi:simulq: animolum:sed minus cõmendabilẽ interitũ p̃fugarum qui perfidia ebrietate & inuidia perciti semet in ignẽ cũ regia regioq: thesauro dedere.Ordo est.At.i.sed Metellus ubi uidet oppidanos itentos p̃lio:& uidet simul oppidũ munitũ & operibus.s. manualibus opera humana perfectis & loco.i.naturali situ circũuenit.i.circundat & obsidet mœnia uallo.i.sepimẽto ex uallis.i.stipitibus acutis:& fossa ante uallum facta contra eruptionem oppidanorum:& simul ne perfuge elaberentur.Deinde iubet maxime idoneis.s.militibus ex copia.s.militum agere uineas duobus locis.sic quibusdam placet construi:quia cum oppidum loco munitum dixerit:non placet copiam locorum

Vinee idoneorum illic statui.alii tamen sic construunt:iubet agere uineas.i.machinas bellicas figuram uinearum habentes:eo q ex tabulis in morem testudinis capita militum ab impetu lapidum & iaculorum tutabantur.Erant autem nunc sub ipsis menibus fortissimo fundamẽto stabilite aliter nõ sustinuissent onus

quocirca certo sciebãt si capti essent q de ipsis supplicium sumeretur.Vnde addit.Hi.s.perfuge.Postquã uident murum.s.oppidi.feriri.i.concuti arietibus.i.machinis habentibus cornua ferrea acuta in anteriori parte:quibus feriunt muros:ut arietes cornibus suis obstantes.Vnde dicit Maro enei.ii.Labat ariete crebro:ianua & uidente res suas afflictas:comportãt domum regiam.i.in ipsam regiam(quam iugurtha illic habebat & ubi fuerant liberorum eius cultus. Sane notandum est non solum pronomina possessiua:sed & noĩa iungi posse dictioni domus sine p̃positiõe ut sicut dicitur uado domũ meã.ita uado domũ regiam aut uergilianã)aurũ & argẽtũ & alia.s.eiusmodi:ut lapillos aut uestes p̃ciosiores:q ducunt.i.estimant prima.i.p̃stãtissima bona:& ipsi grauati.i.incrapulati ibi:idest in regia:uino & epulis corrumpũt illaq:.i.& illa.s.bona:& domũ.s.regiam:& semet.i.semetipsos ignis:qa cõburũt se & oĩa quæ in regia erãt & ipsi uolẽtes.i.spontanei:pendere.i.pendebant:hoc est persoluebant eas pœnas. quas ipsi metuerant ab hostibus.s.Romanis:uicti:idest si fuissent uicti.

Arietes domũ regiã

Sed pariter. Mira breuitate progredit̄ ad describēda ea q̄ de leptitanis cōtigerāt dicēs. Sed pariter.i.simul & q̄si eodē tpe cū thala.s.urbe capta.legati ex oppido lepti uenerāt ad Metellū orātes.uti.i.ut ipse mitteret eo.i. ad illud oppidū: uidelicet leptim. p̄sidiū.i.custodiā militū: & p̄fectū.i.ut uulgo dicūt capitāeū eoꝝ q cæteris p̄fectus esset: dicentes supple Amilcharē quēdā hominē nobilē in ea ciuitate.factiosum.i.seditiosum: & cōtra cōem opinionē.populi facere solitū studere.i.diligētē operā dare: rebus nouis.i.ad inouationē rerū hoc ē ut derelictis romāis ad iugurthā redirent. Sane studeo potius datiuo q̄ accusatiuo cōstruit̄ aduersum.i.cōtra quē .s.hoiem factiosum amilcharē.neq; iperia magistratuū cōstitutorū ab romanis: neq; leges ualerēt.i.aliquid possent & sup. dicētes ni.i.nisi: festinaret id .s.mittere p̄sidiū & p̄fectū: salutē suā.i.legatorū id dicētiū: & socios illorū (aut legat̄ suā & socioꝝ) fore in sūmo piculo. Nā leptitā.i.ciues leptis oppidi: miserāt iā idē.i.statim a pricipio belli iugurthini sup. legatos: ad bestiā cōsulē missū i aphricā: & postea romā: rogatū.i.ut rogēt. (Et aūt supinū) amicitiā & societatē.s.populi ro. deinde ubi ea .s.amicitia & societas po.ro. fuere (alii itelligūt id uerbū) ipetrata.s.a cōsule & senatu: ipsi māsere semp boni & fideles. Et fecerāt gnauiter.i.strēnue & sedule: cūcta impata a bestia Albino & Metello cōsulibus. & ita adepti sunt ab ip̄eratore facile ea q̄ petebāt. uidelicet p̄sidiū cū p̄fecto. Et q̄ttuor cohortes liguꝝ q sunt populi italiæ iuxta isubres. sunt emisse. s. ex exercitu: eo.i.ad eos & Caius annius p̄fectus. Leorū. Id oppidū.s.leptis ē cōditū a sydōiis.i.pplis phenicis regiōis: quos.s.sydōios nos accepimus ꝓfugos existētes.i.a patria sua ꝓcul fugiētes: ob discordias .i.factiōes & seditiōes ciuiles: uēisse nauibus.i.transfretasse in eos locos ubi leptis cōdita est. Cæteꝝ oppidū illud ē sitū.i.cōstitutū iter duas syrtis.i.duo loca piculosa arenā attrahētia: unde breuia habent uada: nūc: ꝓfunda nūc sine aquis: i qbus submergunt̄ fere nauigātes: ut enei.i. In breuia & syrtes urget &c. qbus .s.syrtibus: nomē est iditū.i.ipositū ex re.i.ex effectu qa σύρω syro significat traho: & σύρμα syrma tract9 aut uestis lōga q̄ trahit̄. Nam duo sunt sinus.i.anguli maris ꝓpe.i.quasi in extrema aphrica: ipares.i.icquales magnitudine: sed pares natura: qa ambe attrahunt arenas: quorū.s.sinuū loca ꝓxima (sinō est loca dic ꝓxima.i.ꝓxime partes) terre sunt peralta idest ualde alta cætera uti.i.ut sors.i.casus uentorū aut aquaꝝ tulit sunt alta & uadosa .i.habētia multa uada in alia tēpestate.s.quādo auferunt̄ arene. Nā ubi.i.quādo aut postquā mare cepit eē magnum: & seuire.i.intumescere & agitari uentis: fluctus trahunt limū.i.terrā pinguē & humidā arenā.i.terrā arentē & ita non coherentē: & saxa igētia.i. uald magna: & ita facies.i.figura locoꝝ mutat̄ simul cū uētis. Lingua.i.loq̄la eius ciuitatis.s.leptis: ē mō.i.solūmō cōuersa.s.i nūidicā: cōnubio.i.p connubiū seu cōiugiū uel cōmerciū nūidaꝝ. Leges & cultus sup. erāt pleraq;.i.fere sydōica q̄ retinebāt eo.i.ꝓpea facili9 q̄ agebāt etatē ꝓcul ab ipio regis: qa in extrema Aphrica. Multi & uasti.i.ihabitati loci sūt iter illos.s.leptitanos: & numidiam frequentē: idest habitantem.

leptis

syrtes

syrma

Sed pariter cū capta Thala legati ex oppido lepti ad Metellū uenerāt: orātes uti p̄sidiū: p̄fectūq; eo mitteret. Hamilcarem quēdā hoīem nobilē: factiosum nouis rebus studere: aduersum quē neq; iperia magistratuū: neq; leges ualerēt: id ni festinaret: in sūmo piculo suā salutē: & illoꝝ socios fore. Nā leptitāi iā idē a principio belli Iugurthini ad bestiā cōsulē: & postea Romā miserāt: amicitiam: societatēq; rogatū. Deīde ubi ea ipetrata: semp boni: fidelesq; māsere: & cūcta a Bestia: Albino: Metelloq; iperata gnauiter fecerāt. Itaq; ab iperatore facile q̄ petebāt adepti missæ sunt eo cohortes Liguꝝ. iiii. & C. Annius p̄fectus. Id oppidū ab sydoniis cōditū est: quos accepimus ꝓfugos ob discordias ciuiles nauib. i eos locos uenisse. Cæterū sitū iter duas syrtis: qbus nomē ex re īditū. Nā duo sunt sinus ꝓpe in extrema africa: ipares magnitudine: pari natura: quorū ꝓxima terræ p̄alta sunt. Cætera uti fors tulit: alta: alia itēpestate uadosa. Nā ubi mare magnū eē: & sæuire cœpit uētis: limū: harenāq;: & saxa igentia fluctus trahunt. Ita facies locorū cū uentis simul mutat̄. Syrtes ab tractu nōiatæ. Eius ciuitatis lingua: modo cōuersa cōnubio Numidarū: legū: cultusq; pleraq; Sydonica: quæ eo facilius retinebant̄: q̄d procul ab imperio Regis ætatē agebant. Inter illos & frequentem numidiam: multi: uastiq; loci erant.

Sed quoniam in has regiones per leptitanorum negotia uenimus: non indignum uidetur: egregium: atque memorabile facinus duorū Carthaginiēsium memorare.

Sed qm̄. Per digressionē igredit̄ narrationē de aris philcoꝝ: q̄ nisi ad historiographos ptineat ēt locos describere satis ipertinēs uideret̄. Quid.n. ad hūc locum de philcis. Potuit āt magis cōgruū in descriptiōe aphricæ locū habuisse. Veꝝ ut poema digressiōibus iterdū decorat̄ ita & historiæ recitatio. Vnde qa satis accititia uidet̄ narratio causā narrādi affert dicens. Sed qm̄ nos uenimus per negocia leptitanorum: in has regiones.i.in descriptiōem harum regionum uidetur non indignum memorare egregiū.i.non uulgare atq; mirabile facinus.i.factū duoꝝ carthag.s.philenoꝝ aut (ut alii declināt) philenū: sed syncopam putem: locus inceptus de leptitanis & syrtibus admōuit dicere.

Eam rē nos locus admonuit. Qua tēpestate Carthagi. pleraq; Africæ iperitabāt: Cireněses quoq; magni: atq; opulēti fuere. Ager in medio harenosus una specie. Neq; flumē: neq; mons erat: qui fines eoꝝ discerneret: q̄ res eos magno: diuturnoq; bello iter se habuit. Postq̄ utrinq; legiões: itē classes sæpe fusæ: fugatæq;: & alteri alteros aliquātulū attriuerant: ueriti ne mox uictos: uictoresq; defessos: alius aggrederet: p inducias sponsionē faciūt uti certo die legati domo ꝓficiscerent: quo i loco inter se obuii fuissēt: ibi cōis utriusq; populi finis haberet. Igitur Carthagie duo fratres missi: qbus nomē philænes erat: maturauere iter pergere. Cireněses tardius iere. Id socordia ne an casu acciderit: parū cognoui. Cæterū solet in illis locis tempestas haud secus: atq; in mari retinere. Nā ubi p loca æqualia & nuda gignentiū: uentus coortus arenā humo excitauit: ea magna ui agitata: ora: oculosq; iplere solet: ita prospectu ipedito morari iter. Postq̄ Cireněses aliquāto posteriores sese uident: & ob rem corruptā domi pœnas metuūt: criminari Carthaginiěseis ante tp̄s domo digressos: cōturbare rē. Deniq; oia malle: q̄ uicti abire. Sed cū pœni aliā cōditionē tātūmodo æquā peterēt: Græci optionē Carthaginiěsib⁹ faciūt: ut uel illi: quo fines populo suo peterēt: ibi uiui obruerent. uel eadem cōditiōe sese: quē in locū uellent processuros

Eam rem. & incipiens dicere inquit. Ea tempestate qua carthaginenses imperitabāt.i. dominabant: pleraq;.i. fere toti aphricæ: cireněses qui etiā in Aphrica sunt. fuere quoq;.i. etiā magni.s. quo ad famam atq; opulēti.i. diuites. Ager in medio.i. qui erat in medio iplorū existens arenosus: erat sup. una specie.i. unius coloris & faciei: sine discrimine. Neq; erat flumē neq; mons qui discerneret fines eoꝝ. Quæ res habuit.i. detinuit eos in magno & diuturno bello. Postq̄ legiões in exercitu terrestri. itē classes in bello nauali: fuse & fugate supra fuerant sepe utrinq;.i. ab utraq; parte: & alteri attriuerant .i. assumpserāt aliquātulū alteros.i. se mutuo iminuerāt per cædes: ueriti ne alius.i. tertius aliquis potētatus (sicut in apologis esopus; de miluo murem & ranā se mutuo ipedientes rapientē fabulatur) aggrederet: mox.i. paulopost uictos & uictores defessos.i. defatigatos usq; ad extremū faciunt p inducias.i. tpe iduciarum: spōsionem.i. pactionē de dirimēda lite: uti.i. ut legati.s. amborū proficiscerent.i. discederent domo.s. sua: die certo.i. constituta hora. Quidā legunt domū: sed nō ꝓcedit. si enim Phileni apud cirenenses fuissent: quāto citius rediissent tanto minus habuissent: & i quo loco fuissent obuii iter se.is.s. locus haberet. finis.s. impii: utriusq; populi. Igit: qa cōuenit sic iter eos: duo fratres qbus Philenis nomē erat: missi carthagine.i. a ciuitate carthaginēsi: maturauere.i. accelerauerūt: pergere.i. peragere & perficere iter.s. suū. Cireněses ire.i. iter fecerūt tardius.i. lentius licet fortenō serius. Ego parū cognoui.i. copertū non habeo an id acciderit secordia.i. pigritia & inertia aut ignauia cirenensiū: an casu.s. aliquo: utpote q morbus alterū aut utrūq; occupauerit: aut q siti laborauerit: aut q uia infecta esset. Cæterū.i. sed.q.d. id scio: q tēpestas.i. aeris dispositio iniqua: ut pluuiarū aut uentorum ipetu turbata: solet retinerē hoīes in illis locis ꝓpter arenā motā: haud.i. nō secus atq;.i. quā in mari ubi cōtra uentū nauigare nō datur. Nā uētus coortus .i. simul ortus ex uariis locis: ibi per loca equalia.i. plana & nuda.i. expertia gignentiū.i. rerū: quæ aliquid generent: hoc est arborū aut herbarū; nisi sit uentus gignentiū.i. zephirus aut fauonius: qui cireněsibus cōtrarius esset exercitauit humo.i. e terra: arenam: ea .s. arena agitata magna ui solet iplere ora.i. faciem & oculos.s. egredientiū per ea loca. Ita.i. & sic solet morari.i. retinere iter: ipedito prospectu.s. ire uolentiū. Postq̄ cirenenses. Prosequitur digressionē ceptā de phileis & cireněsibus dicēs. Postq̄ cireněses uidentes se esse posteriores aliquāto.s. quā esse debebant aut quā carthagineses uidelicet phileni erāt posteriores aūt.i. aut tardiores si referatur ad tēpus aut lōgiores a meta destinata: qa destiarant augere terminos suos progrediēdo: & sup. postquā metuūt penas domi.s. paratas a principibus suis: ob eā rē.s. ꝓpter quā litē habuerāt: nā res peculiariter tria significat: litē uenerē & diuitias. corruptā.i. uiolatā & deteriorē effectā a se potius quā a carthaginen. (si enim constitisset illos rem dolo corrupisse nō metuissent penas cū nō fuissent i culpa. Sane quia posteriores erant & minus processerāt rem quæ erat de extensiōe agri corruperāt: qa minus agri habituri erāt) criminari hoc est criminabant.i. criminando accusabāt & dicebant carthagineses digressos.s. Carthagine: ante tēpus.s. cōstitutum & ita ꝓcessisse plus equo: & conturbare: hoc est cōturbabāt rem.i. conuentā & pactā inter ipsos. Deniq;.i. multis uerbis ultro citroq; habitis ipsi malle.i. mallebāt oia.s. quæ ꝓponi possent: q̄ abire uicti.s. a Carthagi. Sed quū.i. qn̄ peni.i. carthaginē: q in punica rēgiōe sunt. ut eneid.i. Punica regna uides tyrios & agenoris urbē. Vnde punica bella dicta peterēt aliā cōditionē.i. pactionē de dirimēda lite. tantūmodo: hoc est dūtaxat. equā.i. equæ facilē & parabilē utrisq;: cireněses faciūt carthagnēsibus optionē. ut uel illi.s. carthaginenses obrueerentur.i. infoderentur & sepelirētur uiui. ibi quos pro ubi quærerent populo suo fines.s. iperii). Sicut ergo aduerbia p relatiuis ita relatiua interdū pro aduerbiis ponunt qd tūc uenuste fit quādo relatiuū ꝓponit & coheret antecedēti: posset etiā dici: ibi pro eos positū eē.) uel dimitterent.i. paterētur progredi sese.s. cireneñ. in eū locum quem uellent.s. populo suo finem esse iperii. eadem cōditione. ut: scilicet illic uiui obruantur.

Res

Relatiue
uenustatis

Phileni conditione probata:seq; uitamq; suá reip. condonauere. ita uiui obruti. Carthaginiẽses I eo loco Philænis fratribus aras consecrauere:aliique illis domi honores constituti. Nunc ad rem redeo.



IVgurtha postquã amissa Thala nihil satis firmum contra Metellũ putat:per magnas solitudines cũ paucis profectus: ꝑuenit ad getulos:genus hominũ ferum: incultũq; & eo tẽpore ignarum nominis romani. Eorũ multitudinẽ inunum cogit:ac paulatim consuefacit ordines habere:signa sequi:Imperiũ obseruare item alia militaria facere. Praeterea regis Bocchi proximos magnis muneribus:& maioribus promissis: ad studiũ sui ꝑducit:quis adiutoribus regẽ aggressus:impellit:uti aduersum Romãos bellum incipiat. Id ea gratia facilius:procliuiusq; fuit. quod bocchus initio huiusce belli legatos Romam miserat: fœdus & amicitiã petitũ. Quã rem opportunissimã incepto bello pauci ĩpediuerant:caeci Auaritia quis oĩa honesta:atq; inhonesta uẽdere mos erat. Etiã antea iugurthae filia Boccho nupserat. Verũ ea necessitudo apud Mumidas:Maurosq; leuis ducitur:quia singuli pro opibus: quisq; quamplurimas uxores:denas alii:alii plures habent: sed Reges eo amplius. ita animus multitudine distrahit: nullã pro socia optinet:pariter oẽs uiles sunt. Igitur in locũ ambobus placitum exercitus cõueniũt ibi fide data & accepta:Iugurtha bocchi alum oratione accendit:Romanos iniustos:profunda auaritia:communes omnium hostes esse: eandem illos caussam belli habere cum Boccho: quam secum & cum aliis gentibus libidine imperitandi:

Phileni conditione probata.i.accepta condonauere: & se & uitam suam reipublicae.s.Carthagi. & ita sunt sup.ipsi illico bruti uiui.Carthagi. cõsecrauere in eo loco fratribus Philenis illic obrutis:aras: & alii honores.s.diuini:sunt instituti.i.indicti illis.s.Philenis domi.i.in ciuitate Carthagi.Nunc.s.perfecta digressione redeo ad rem id est historiam principalem:propter digressionẽ intermissam.



IVgurtha. Post digressionem ad historiã reuersus commemorat ut iugurtha a boccho maurorum rege suppetias & societatẽ petiit atq; obtinuit dicẽs. Iugurtha postquam amissa Thala.s.urbe fortissima:putat nihil satis firmũ contra Metellum: profectus cũ paucis peruenit ꝑ magnas solitudies ad getulos:appositiue gens hominum ferum.i. more ferarum indomitum & incultum & ignarum eo tempore .s.tũc adhuc nominis romãi:& cogit: idest compulit & congregauit in unum.s. locum aut exercitum. multitudine in eorum: scilicet getulorum:ac consuefacit:idest consuetos efficit paulatim id est sensim & pedetentim:habere ordines.s. militares s agmine atque acie seruandos:& sequi signa: idest uexilla: & obseruare.i. animaduertere imperium:hoc est quid & quando imperaretur. Item faceret alia militaria:idest quae ad militiam pertinebant. Praeterea: idest insuper iugurtha pellicit:idest perfecte allicit & attrahit ad studium: idest fauorem sui:scilicet ipsius iugurthae proximos aut sanguine:aut familiaritate:bocchi regis: scilicet mauritaiae. muneribus magnis quae tũc misit:& promissis maioribus:idest postmodum mittendis. quis .i.quibus adiutoribus ipse aggressus: idest insidiose accedens regem: scilicet bocchum: impellit supple eum. uti. idest ut incipiat bellum aduersus romanos. Id fuit:scilicet factũ: aut contigit ea gratia: idest propterea facilius & pronius:idest iclinatius ꝙ bocchus miserat in initio huiusce belli:legatos Romam petitum:idest qui petant:scilicet a senatu & populo Romano fedus & amicitiam quam rem:idest quam petitionem bocchi. opportunissimam:idest maxime cõgruam Romanis:bello incepto contra iugurthã pauci:scilicet nobiles corrupti ab iugurtha impediuerãt existentes ceci auaricia: quis: idest quibus mos erat uendere omnia honesta & inhonesta: idest sine discrimine. orator diceret potiꝰ mos uendendi uerum hic respicit ad uerbũ erat cum quo etiam diceretur moris. Etiam: id est insuper filia Iugurthae nupserat boccho:uerum ea necessitudo id est necessitas coniunctionis ex affinitate: ducitur: idest reputatur:leuis: idest parui momenti apud numidas & mauros: quam singuli habeãt quamplurimas uxores quisq; pro opibus suis: idest iuxta opes suas: id est quotquot possit sustentare: sicut & adhuc dicuntur habere alii denas:alii plures. Sed reges supple hũt eo:id est tãto amplius:id est copiosius supple uxores: quo supple plures opes. ita animus id est affectio & amor: distrahitur:id est i diuersa trahitur & dissipat: multitudine: scilicet uxorum & nullam obtinet pro socia: hoc est conthorali equali sorte:id est pro uera coniuge:& ita omnes sunt pariter:id est pari formiter & indifferenter uiles id est uili precio estimate. Igitur: quia cõsenserat bellum gerere cum iugurtha cõtra Romanos exercitus:scilicet amborum:conueniunt:id est coeunt in locum placitum ambobus:scilicet regibus. Ibi id est in eo loco: fide id est sancta promissione de seruãda fidelitate data & accepta;scilicet mutuo. Iugurtha accendit animum bocchi:oratione: scilicet continente sequentes sententias:non tamen eadem uerba. Romanos iniustos & auaritia profunda:quasi dicat sine fundo immensa & inexplebili:esse hostes cõmunes.s. Boccho & sibi:hoc est iugurthae:& illos habere eandem caussam belli cũ Boccho ꝙ secũ & cũ aliis gẽtibus.s.libidinẽ iperãdi:q̃si uelint omniũ impio potiri i utpote.

quis oia regna aduersa sint: tũ sese: pauloãte Carthaginiẽseis: itẽ Regẽ Persen: post uti qsq; opulẽtissimus uidebaẽ: ita Romãis hostẽ fore. His: atq; aliis talibus dictis: ad Cirthã oppidũ iter cõstituũt qđ ibi. Q. Metellus pđã: captiuosq;: & ipedimẽta locauerat. Ita Iugurtha ratus: aut capta urbe opæpretiũ fore: aut si Dux Romanus auxilio suis uẽisset: plio sese certaturos. Nã callidus id modo festinabat Bocchi pacem imminuere: ne mox agitãdo aliud: quam bellum mallet.



Mperator: postquam de Regũ societate cognouit: non temere: neque uti sæpe iã uicto Iugurtha cõsueuerat. oib⁹ locis pugnandi copiã facit. Cæterum haud procul ab Cirtha castris mũitis Reges opperiẽ. melius eẽ ratus cognitis Mauris: quõiã is nouus hostis accesserat: ex cõmodo pugnã facere. Interi Roma p litteras certior fit: puinciã Numidiã Mario datam. Nam consulem factũ antea acceperat. Quibus rebus supra bonũ: atq; honestũ perculsus: neq; lachrymas tenere: neque moderari linguam: uir egregius in aliis artibus: nimis molliter ægritudinẽ pati. Quã rẽ alii i superbiã uertebãt. alii bonũ igeniũ contumelia accensum esse: multi quod iã parta uictoria ex manibus eriperet. Nobis satis cognitũ ẽ: illum magis honore marii: quã iniuria sua excruciatum: neq; tam anxie laturum fuisse: si adepta prouincia alii: quã mario traderet. Igitur eo dolore ipeditus.

Quis: idest quibus omnia regna sunt aduersa: hoc est contraria. Et dicebat supple sese: hoc est seipsum supple esse hostem Romanis: tum. i. nũc: hoc est pro eotempore quo ea dicebat. Carthaginẽses supple fuisse hostes pauloante: quia iam deleti erant: itẽ Persem regem: scilicet macedõiæ deuictum & in triumphum deductũ a paulo emilio macedõico fuisse etiam pauloanante hostem Romãis. Et dicebat sup. quẽlibet fore. i. futurum eẽ ita hostem Romanis; uti. i. quemadmodũ uideatur post. i. deinceps opulentissimus: idest ditissimus: quo dicto significat romanos publicos latrones & tyrannos & omnibus aliquid possidentibus inimicos ad quã rem callida inductione utitur a tribus temporibus. a præterito p Carthaginenses & macedones: a præsenti p se: & a futuro per Bocchum (nisi prospexerit) & quemlibet aliũ. His atq; aliis talibus &c. Ostendit quantũ potuit oratio iugurthæ dicens. Bocchus supple & iugurtha cõstituũt. s. diem aut potius locum conueniẽdi ad oppidum Cirthã. s. nomine his atq; aliis talibus. i. eiusmodi cohortatibus: q; idest qa: aut eo q; Quintus Metellus. i. imperator Romanus: locauerat ibi. i. in Cirtha: prædam: idest spolia: captiuos: scilicet numidas & impedimẽta. i. sarcinas militares: ut sunt machine & arma militaria tam ad bellum quam ad uictum necessaria quæ dicũtur impedimenta q; impediant militum properationem. dum cum eis migrant. Ita. i. & sic iugurtha ratus supple erant fore operepretium: idest utile habens secum precium: opere: idest laboris: aut capta urbe. i. aut ideo q; forte utriusq; exercitus capere posset urbem; aut sese: idest seipsos: hoc est ambos reges certaturos preliocum Romanis: si dux Roma. scilicet Metellus uenisset suis: scilicet dedititiis cirthẽsibus auxilio: idest in auxilium. Nam iugurtha callidus festinabat: idest festinando intendebat: modo. i. solum modo: id. scilicet imminuere pacem. i. causam pacis: bocchi. s. cum Romanis: ne bocchus agitando moras. i. per dilationem priusquam pax esset uiolata. mallet aliud quam bellum: hoc est pacem.



Mperator. Ostendit qd contra egerit Metellus dicens. Imperator. s. Metellus postquam cognouit de societate regum. s. bocchi & iugurthæ non facit temere id est inconsule: neq; uti. i. quemadmodũ cõsueuerat. s. facere iugurtha iam sepe uicto: copiã id est facultatẽ pugnãdi. omnibus locis: in quibuscunq; iugurtha uellet. Cæterũ. i. sed opperitur. i. expectat reges castris munitis. s. fossa & uallo: haud procul a cirtha ratus id est arbitrans melius eẽ: mauris cognitis: hoc ẽ postquã cognouerit mauros: facere pugnã ex commodo. s. suo quoniam is. s. maurus accesserat hostis nouus & ita incognitus. Interim. i. interã dum pro cõmodo suo morã traheret fuit certior. s. factus: roma. i. ab urbe per litteras: prouinciam numidam esse datam id est assignatam mario nouo cõsuli: nam acceperat hoc est itellexerat antea supple marium esse factum. cõsulẽ. Quibus rebus metellus perculsus supra bonum atq; honestũ: idest ultra quam bonum aut honestũ erat neq; tenere pro tenebat lachrymas: neque moderari: hoc est moderabatur: seu refrenabat linguã a cõuitio seu maledictio qa existens uir egregius in aliis artibus: pati. i. patiebatur: egritudinẽ id est dolorẽ animi: nimis molliter. i. muliebriter. Quã rẽ alii uertebãt in superbiã. s. Metelli: alii supple dicebãt bonũ. i. nobile & igenuũ igeniũ esse accẽsum. s. ira & cõtumelia. s. illata. Multi sup. dicebant id eũ facere: q; uictoria iam parta. i. acquisita: eriperetur ex manibus. s. eius. Satis cognitũ est nobis illum. s. Metellũ excruciatũ esse magis honore marii. s. emuli sui: quam iniuria sua. i. sibi facta: neq; fuisse laturũ. tam anxie. i. tam afflictim & moleste si puincia. s. numidica adempta. s. Metello tradereẽ alii quã mario. Igiẽ eo dolore. Ostẽdit quõ Metellus inuidia uictus cepit negligentius agere ne aduersario suo gloriã pateret aut operã nauaret. Vnde patet liuorẽ etiã in summis uiris locũ iquirere. dicit itaq. Igitur Metellus impeditus. s. a bona operatione: quia difficile est nolentem aut inuidentem bene operari: eo dolore quem conceperat ex prælatione marii.

Et quia stultitiæ uidebatur Alienam rem suo periculo curare Legatos ad Bocchum mittit postulatū ne sine caussa hostis populo Romano fieret: habere tum magnam copiā societatis: amicitiæq; coniungendæ: quæ potior bello esset: & quanquā opibus suis confideret: tamen non debere incerta pro certis mutare. Omne bellū sumi facile: cæterū ægerrime desinere: nō in eiusdem potestate initiū eius & finem esse. Incipere cuiuis ēt ignauo licere: non depōi: nisi cū uictores uelint. Proīde sibi: regnoq; suo consuleret: neu florētes res suas cū Iugurthæ perditis misceret. Ad ea rex satis placide uerba facit: sese pacē cupere: sed Iugurthæ fortunarū misereri: si eadē illi copia fieret: omnia cōuentura. Rursus imperator cōtra postulata Bocchi nuntios mittit. Ille probare partim: alia abnuere. Eo modo sæpe ab utroq; missis: remissisq; nuntiis tēpus procedere: et ex Metelli uolūtate bellū intactum trahi.

AT Marius: ut supra dixius: cupiētissima plebe cōsul factus: postq̄ ei ꝓuinciā Numidiā populus iussit: antea iā infestus nobilitati: tum uero multus atq; ferox instare. Singulos modo: modo uniuersos lædere: dictitare sese cōsulatū ex uictis illis spolia cœpisse: alia p̄terea magnifica pro se: & illis dolētia. Interim q̄ bello opus erant prima habere: postulare legiōibus supplemētum: auxilia a populis & regib⁹: sociisq; arcessere. Præterea ex latio fortissimū quēq;: plerosq; militia paucos fama cognitos accire: & ambiēdo cogere.

Et quia uidebatur stultitiæ.i. pertinente ad stultitiā: curare sup. cum suo.i. proprio periculo: rem alienā.i. triumphū aut uictoriā marianā: misit legatos ad bocchum regē mauritanie postulatū.i. ad postulandū.i. iuste petendū ne fieret hostis populi Romāi sine causa.i. sine offensione ab eo habita: & sup. dictū aut dicturos: tum.i. insuper bocchū supra habere magnā copiā.i. facultatem & occasionē uberem: amicitiæ & societatis cōiungende.s. cū Po. Ro. quæ.s. societas & amicitia foret.i. eēt futura: potior.i. melior: & utilior: bello.i. quā bellū & supra dicturos: quāq̄ ipse cōfideret opibus.i. potentiis & diuitiis suis. tamen nō debere.i. ꝙ nō deberet mutare certa.s. bona ex amicitia romana: p quā sua tutaretur ꝓ icertis.s. præmiis ab iugurtha expectandis si forte uictor euaserit: & supra dicturos: omne bellū sumi.i. absumi & inchoari facile.i. sine difficultate: cæterū.i. sed desinere.i. finiri: egerrime.i. cū summa difficultate & initiū eius.s. belli: & finē nō esse in potestate eiusdē: qa nō semper: nec quiuis qui icipere bellū pōt: pōt etiā cum cōmodo suo finire qa dicturos sup. misit: licere.i. permitti & cōcedi: cuiuis.i. cuilibet etiā ignauo.i. inutili ad rem gerēdā: icipeŕ.s. bellū: aut pro sed bellū sup. deponi.i. absolui: cum.i. quādo uictores uelint. Proīde.i. ideoq; supple dictū aut admonitū misit: ut supple ipse cōsuleret.i. prospiceret & ꝓuideret cōsilio: sibi & regno supple suo neu.i. neue misceret res.i. opes suas florētes.i. in uigore existētes cū sup. rebus: iugurthæ perditis.i. pœne accisis. & iminutis ac desperatis. Rex.s. Bocchus facit uerba.i. respondet ad ea.s. dicta aut monita metelli placide.i. benigne uidelicet sese cupere pacē.s. cū populo ro. sed misereri fortunaꝝ iugurthæ: si eadē copia hoc est facultas cōiungende societatis & amicitiæ cū Populo Ro. fieret iugurthæ: dixit supple oia cōuentura supple iter ipsos: hoc est in nullo cōtrouersiā futurā: nec inter se uerbū ullū cōmutaturos. Imperator.s. Metellus mittit rursus legatos cōtra postulata bocchi.i. qui dicerēt nō oīa esse iusta q̄ ab eo postularenť & ille.s. bocchus: ꝓbare hoc est approbabat dicta Metelli partim: & abnuere hoc est abnuebat alia: & tēpus ꝓcedere.i. ꝓcedebat & trāsigebatur eo modo nunciis missis & remissis sepe ab utroq; & bellū trahi: hoc est trahebať intactū ex uoluntate Metelli: hoc est sicut summopere cupiebat Metellus ne aut Mario prolit: aut famam perdat.



AT Marius. Prosequiť insolētiam Marii qui ubi consul creatus est superbe & inobiliū cōtumeliā dictabat ac faciebat oīa. Vnde dicit. At hoc est sed marius factus cōsul ut dixius sup. plebe sup. exnte aut a plebe cupiētissima postq̄ populus iussit ei numidiā ꝓuinciā supple gubernādā: iā antea ifestus.i. q extiterat antea ifestus nobilitati: tū uero.i. tunc maxie ubi factus ē cōsul & impator tāti belli: ipse multus.i. imodicus & uehemēs ac imodestus & ferox.s. ꝓ insolentiā & leuitiā: instare id est instabat ledere modo singulos.s. nobiliū: modo id ē interdū uniuersos: & dictare.i. dictitabat: hoc est frequēter dicebat sese cepisse cōsulatū q̄si spolia: ex illis uictis: alii habēt inuitis: sed minus quadrat. spolia.n. uictis abstrahunť: & dictabat p̄terea alia magnifica.i. iactatoria uerba ꝓ se.i. ꝓ uirtute sua extollenda: & dolētia.i. dolorē excitanti: illis.s. nobilibus. Interim.i. interea loci habere.i. habebat & existimat prima.i. præcipua & potissimū sibi curāda quæ erāt opus bello.i. ad bellū iugurthinū: postulare.i. postulabat supplementū legionibus.s. occisis & detritis seu imminutis cede & morbo: & accersere.i. aduocabat a populis & regibus & sociis: scilicet romani imperii: auxilio.i. auxiliarios milites. Præterea accire.i. accibat seu acciebat: idest aduocabat ex latio fortissimum quemq;: idest omnem præcipue fortem: & acciebat plerosq; cognitos militia: quia cum ipsis militauerat & paucos cognitos fama: idest per famam: & ambiendo: idest blande orando & ostentando beniuolentiam suam in eos & præmia parata: cogere.i. cogebat instantia præcum non imperio.

Homines emeritis stipendiis secũ proficisci. Neq; illi Senatus: quanq̃ aduersus erat de ullo negocio abnuere audebat. Cæterũ supplemẽtũ ẽt lætus decreuerat: quia neq; plebe militiã uolẽte putabat Marius aut belli usum: aut studia uulgi amissurus. Sed ea res frustra spata: tãta libido cũ mario eũdi plerosq; iuaserat. Sese q̃sq; p̃da locupletẽ fore: uictorẽ domũ rediturũ: alia huiuscemodi ais trahebãt: & eos nõ paulũ oratiõe sua Marius arrexerat. Nã postq̃ oibus: q̃ postulauerat: decretis: milites: scriberẽ uult: hortãdi caussa simul: & nobilitatẽ uti cõsueuerat exagitãdi: cõciõnẽ ppl̃i aduocauit. Dei de hoc mõ disseruit.

¶ Oratio marii.

Scio ego Quirites plerosq; nõ iisdem artibus Imperiũ a uobis petere: & postquã adepti sunt gerere: prio idustrios: supplices: modicos esse: deinde per ignauiã & superbiã ætatem agere. Sed mihi cõtra uidetur. Nã quo uniuersa Resp. pluris est: quã cõsulatus: aut prætura: eo maiore cura illã administrari: quam hæc peti debere. Neq; me fallit: quãtum cum uestro maxio beneficio negotii sustineã: Bellũ parare: simul & ærario parcere: cogere ad militiã eos: quos nolis offendere. domi: forisque omnia curare: & ea agere.

Homines emeritis stupendiis: idest quibus stipendia erant emerita: nec amplius merenda cum ob senium essent requie ac rude donari: cogitabat tamen eos proficisci in bellum: neq; senatus quamquã erat aduersus: idest cõtrarius illi: audebat abnuere: idest refragari aut negare etiam nutu: ille quicquam. Cæterum id est sed insuper: decreuerat. i. decreto adiudicauerat illi supplemẽtũ. s. legionum: etiam letus: id ẽ uolens ac iubẽs: quia marius putabat amissurus. i. ꝙ posset amittere: aut usũ belli: aut studia. i. fauorem uulgi: & hoc plebe: neq. i. non uolente. i. refugiẽte militiam. i. exercitũ belli: sed ea res. s. ꝙ ꝑpter repugnantiã plebis Marius amitteret: usum belli aut fauorẽ plebis: fuit supple sperata: scilicet a patribꝰ frustra id est in uanũ: tanta id est tam uehemens libido id est uoluntas eundi: scilicet in bellum: cum mario inuaserat: plerosq;: qa animi plebis trahebãt id est meditabãtur & secum reputabant q̃sque supple trahebat i opinionem: sese fore. i. futurum esse ex uictoria mariana locupletem id est diuitem præda & rediturum supple esse domum uictorẽ: & alia huiusmodi. Sunt qui legant animos ut sit ordo quisq; supple sperabat: aut dicebat sese fore locupletem & rediturum eẽ domum uictorem & alia huiusmodi. trahebant: id est trahebant animos: scilicet eorum: & marius arrexerat id est attentos fecerat eos non paululum: immo multum seu plurimum oratione: hoc est adhortatione sua oratoria habita in concione sequenti. Nã postq̃ omnibus quæ postulauerat. decretis id est postquam omnia quæ postulauerat erant decreta: hoc est decreto senatus illi concessa: sed melius sonant ablatiui ut subaudiatur: existẽtibus sic: sed omnibus quæ postulauerat existentibus decretis: hoc est decreto concessis: postquam uult scribere: scilicet ad supplemẽtum legionum: milites causa hortãdi supple eos: & simul id est pariformiter sup. causa exagitandi id est uexandi & molestia frequenti afficiendi: aduocauit concionem: idest multitudinem populi: scilicet romani: deinde: scilicet postquam conuenerant disseruit: hoc ẽ orauit diserteq; dixit ad eos: hoc modo. Quæras autem quomodo disseruerit quem dixerat sup. magis armorum quam litterarũ peritum: & non græcis litteris. sed militaribus artibus imbutũ. dicam ꝙ facundia naturali præditus & exercitio fretus id potuerit.

Scio ego quirites. In hac oratione quæ est in genere demõstratiuo Marius uirtutes suas demonstrat bonas artes suas strennuumq; animũ extollendo & nobilitati ignauiam exprobat ac uitio dat. Unde statim in principio dicit criminando nobiles pœnes quos consulatus tanto tempore fuerat: solitos aliter petere quã gerere. i. administrare imperium. Nam petẽtes simulabant se idustrios supplices & modicos esse administrãtes aut ignauos & superbos. Unde ordo est. O quirites id ẽ ciues Romani: ego scio id ẽ cõpertũ habeo plerosq; id est plurimos nobilium peterẽ a uobis nõ iidem artibus. i. factis & uiis: seu medus: imperium. i. magistratũ consulatem: & gerere. i. administrare seu exercere postquam sunt adepti supple ipsum: quia scio eos esse primo. i. dum petũt a uobis: industrios. i. ignauos & solertes & supplices: idest suppliciter ambientes & modicos: idest modestos sine ostentatione: aut iactantia magnificentiæ suæ: dehinc: idest postquam adepti sunt scio eos agere etatem per ignauiam quæ opponitur industriæ: idest inutilitatem: & laborem: & desidiam. & superbiam quæ opponitur supplicitati & modicitati. Sed uidetur mihi contra. i. contrario modo faciendum: nam quo: idest quanto: pluris: idest maioris estimationis & præcii: est uniuersa respublica quam imperatores gerunt quam consulatus aut prætura: idest magistratus illi summi: eo. i. tanto maiore cura uidetur mihi debere illam: scilicet uniuersam rempublicam administrari: quã hæc: scilicet consulatum aut præturam peti. Neque fallit me: idest scientiam meam non fugit: quantum negocii: idest solicitii laboris sustineam: scilicet humeris meis impositum cum maximo beneficio uestro: quasi dicat sine quo ad tanti oneris sustinentiam non peruenissem: negocium aut commemorat. Quoniam parare bellum & parcere simul erario: idest thesauro pub. ne exhauriatur: cogere ad militiam eos quos nolis offendere: idest ledere. hoc ẽ ciues Roma. quos sine offẽsa difficile ẽ ad militiã cogere: & curare oia domi & foris: & agere ea q̃ p se sunt difficilia.

inter iuidos.s.nobiles:occursantes.i.frequēter:aut in qualibet re obuiātes seu obsistētes: & factiosos & discurdiosos & seditiosos.o qrites id sup.est asperi9.i. difficilius:opinione.i.q̄ qs opinari posset:nō q̄ opinio sit. Ad hoc.i.isup si alii.s.cōsules ante me:qui oēs multo tpe nobiles fuere:dereliqre.i.peccauerūt: ue

seruare tēpamētū in ptātibus:illis q simulauere sese pbos.i.pbādos & bonos uiros p ābitionē.i.affectionē ipii:aut tātisp dū ābibāt: sed benefacere uertit iā ex cōsuetudie in naturā mihi q egi omnē.i.totā ætatē meā:i optimis artibus.i.exercitiis.s.militaribus. Vos o qrites iussistis me gerere bellū cū iugurtha. Quā

tus nobilitas.s.eoꝝ qa patritii sūt:& fortia facta nō ipsoꝝ sed maiorū.i.pgēitorū:& opes .i.facultates & potētie cognatoꝝ & affinium. multe cliētele.i.multi cliētes:oia.s.dicta adsunt p̄sidio.i.ad p̄sidium & defensionē eoꝝ sed oēs spes sunt site.i. collocate mihi in memet.s.ipso. hoc ē i me solo q̄s.s.spes meas necesse est tutari.i.ptegere & uirtute.s.q̄ bona opamur.nā finis uirtutis opatio ē:& inocentia:q a malis nos abstinēus. Nā alia.s.fauor populi:aut potētie diuitiaꝝ:sūt ifima.s.mihi.Et o qrites ego itelligo illud.s.ora oium ee cōuersa i me.i. hr̄e spē i me.& oēs equos bonos.i.plebeios(.Nā supra nobiles oēs iuidos & factiosos significauit)fauer̄ sup.mihi qppe hoc quia certe: mea benefacta.i.p̄clara facinora:pcedūt.i. pspere puenium aut psunt reip.& scio nobilitatē q̄rer̄ locū.i.occasionē inuadēdi me. Quo.i.quocirca: aut q̄to acrius hoc est uehemētius ē mihi adnitēdū:uti.i.ut. neq; uos capiamini.i.decipiāini p spē & expectationē uestrā de me:& illi.s. q me iuadere q̄rūt sint frustrati.Ita ad hoc etatis.Cōmemorat uirtutē & inocētiā uite sue dicēs.Ego fui a pueritia ad hoc ætatis.i.usq; ad hāc ætatē in q nūc sum:ita: idest taliter aut talis:ut habeā oēs labores & picula: cōsueta.q.d.se idoneū ab bene gerēdū.Quia ut dicit philosophus.Nemo id facere dubitat qđ se bene didicisse cōfidit.& rursus.difficile est cōsueta relinq̄re: qa consuetudo est q̄si altera natura.Vnde addit.O qrites nō est cōsilium sup.meum.i.nō constitui.uti: id est ut deserā ea.s.benefacta q̄ faciebā ante uestra beneficia.i.priusq̄ uestro beneficio cōsulatū obtinerem gratuito.i.gratis & sine præmio aut mercede deserā: inquit nūc accepta mercede scilicet postq̄ accepi a uobis mercedē:qa honorē sūmū.Difficile ē tēperare.i.

inter inuidos: occursantes factiosos: opinione. Quirites asperius est. Ad hoc alii si deliquere: uetus nobilitas: maiorum fortia facta: cognatorum & affinium opes: multæ clientelæ: omnia hæc præsidio ad sunt. Mihi spes omnes in memet sitæ: quas necesse est Virtute & Inocentia tutari. Nam alia infirma sunt: & illud intelligo Quirites: omnium ora in me conuersa esse: equos: bonosq; fauere. quippe beneficia mea Rēp. procedūt nobilitatem locum inuadendi quærere. Quo mihi acrius ad nitendum est: ut neq; uos capiamini: & illi frustra sint. Ita ad hoc ætatis a pueritia fui: ut oēs labores: pericula cōsueta habeā. Quæ āte uestra bñficia gratuito faciebā ea: uti accepta mercede deserā nō est cōsiliū Quirites. Illis difficile est in potestatibus tēperare: qui per ambitionem sese probos simulauere. Mihi qui oēm ætatē in optimis artibus ægi benefacere iam ex Consuetudine i naturā uertit. Bellū me gerere cū Iugurtha iussistis: q̄ rē nobilitas ægerrime tulit. Quæso: reputate cum animis uestris: num id mutari melius sit: Ecquem ex illo globo nobilitatis ad hoc: aut aliud tale negotium mittatis hominem ueteris prosapiæ: ac multarū imaginum: & nullius stipēdii: scilicet ut in tāta re ignarus omniū trepidet: festinet: sumat aliquem ex populo monitorem sui officii. ita plerunq; euenit: ut quē uos imperare iussistis: is sibi iperatorē alium quærat Atqui ego scio qui postq̄ consules facti sunt: acta maiorum: & Græcorum militaria præcepta legere cœperint: præposteri homines.

rē nobilitas tulit.i.passa ē:aut accepit egerrime.i.molestissime: & ita quæso.i.suppliciter oro.reputate:idest disquirite cū animis: idest attentionibus uestris.num.i.nunquid: id.s.decretū aut iussum uestrū sit melius mutari.ita ut mādetis illud bellū hoi nobili uidelicet si uos mittatis quem.i. aliquē: ex illo.i.famoso globo.i. cetu cōglobato & connexo inter se nobilitatis.i.nobilium:ad hoc negociū.s.ad bellū iugurthinū:aut ad aliud tale:mittatis dico hominē.ueteres.i.antique:psapie.i.generositatis ac multarū imaginū.i.magnorū stēmatū: idest coronarū seu effigierum per ordinem quasi i coronā dispositaꝝ: q̄ effigies: seu imagies oium maiorum q aliqd p̄clare gesserāt asseruabant̄ i domibus potentiū: & cū funus efferret̄ ad ostētationē p̄cedebāt: ipsum:ut latius adnotari solet ad illđ Iuuenal. Stēmata qd faciūt &c.& ad hominē nullius stipendii.i.q ipse nūq̄ stipēdia fecerat: neq; militauerat. ubi Stēmata

satis innuit q̄ non sit melius mutari.& rationē affert: dicēs:scilicet q̄ uox ironiā habet q̄si dicat scire licet: cur sit melius secundū nobiliū sniam cū sit pessimū: ut talis nobilis ignarus omniū:qa inexpertus:trepidet i tāta re.& festinet.i.cursitet & sumat aliquē ex populo monitorem sui officii.Ita:idest per tale mediū euenit plerūq; ut his quem uos iussistis imperare:q̄rat sibi alium imperatorem:quia monitorem illum cui obediat.Atq; o quirites ego scio supple quosdam qui existentes homines.præposteri:idest peruersi ordinis:facientes prius qđ posterius faciendum erat.& ecōuerso postq̄ sunt cōsules:cæperūt legere acta maiorum:scilicet suorum & præcepta militaria.græcoꝝ idest ex græcorum libris de re militari tractantibus: qui ideo sunt homines præposteri.

Nam gerere quam fieri tempore poſterius: re atque uſu prius eſt. comparate nunc Q uirites: me hominem nouum cum illorum ſuperbia. Quæ illi audire: & legere ſolent: eorum partem uidi: alia geſſi: quæ illi litteris: ea ego didici militando. Nunc uos exiſtimate: Facta: an dicta pluris ſint. Contemnunt nouitatem meam: ego illorum ignauiam. mihi fortuna: illis probra obiectantur. quamquam ego Naturam unam: & communem omnium exiſtimo: ſed fortiſſimum quenque generoſiſſimum. At ſi iam ex patribus Albini: aut Beſtiæ quæri poſſet: me ne an illos ex ſe gigni maluerint: quid reſponſuros creditis? niſi ſeſe liberos: quam optimos uoluiſſe? quod ſi iure me deſpiciunt: faciunt idem maioribus ſuis: quibus: uti mihi: ex uirtute nobilitas cœpit.. Inuident honori meo: ergo inuideant labori & inocentiæ: periculis ēt meis quoniā ꝑ hæc illū cœpi. Verū hoīes corrupti ſupbia: ita ætatē agunt: quaſi ueſtros honores cōtemnant. ita hos perūt: q̄ ſi honeſte uixerit. Næ illi falſi ſunt: qui diuerſiſſimas res pariter expetāt: uoluptatem: & præmia uirtutis. Atque etiā cum apud uos: aut in Sēatu uerba faciūt: pleraq; oratiōe maiores ſuos extollunt: eorū fortia facta memorādo clariores ſeſe putāt: quod cōtra eſt. Nā quāto uita illoꝝ præclarior: tāto horū ſocordia flagitioſior.

Nā gerere. i. adminiſtrare decenter conſulatū: eſt poſterius tempore: ideſt quātum ad tempus q̄ fieri: ſcilicet conſulem: quia oportet prius fieri cōſulem quā gerat conſulatum: ſed eſt prius: ideſt potius re atque uſu: ideſt utilitatæ. & ita deberent prius ſtudere. gerere: ideſt ut ſciant bene regere conſulatum q̄ fieri conſules cum iam contra faciant. Sunt qui legāt. Nam gerere q̄ ſcire ſcilicet rationem gerendi ē poſterius: ſed prior lectio placet. Comperate nunc quirites. In hac parte manifeſte inſurgit in nobiles & ſe inſolentius commendat dicens. O quirites comperate: ideſt conſerte: aut ſimul cōſiderate me hominē: nouum: ideſt qui nunquā fui: nec maiores habui in hoc magiſtratu: cum ſuperbia: ſcilicet tam inani illorum ſcilicet nobilium. Ego uidi partem illorum quæ illi: ſcilicet ignaui in umbris uerſari: ſoliti ſolent: audire a legentibus: aut narrātibus: aut legere in libris: & alia quæ nō uidi geſſi egomet ego didici ea militādo: quæ illi ſup. didicere litteris: id ē ex ſcriptis: nūc exiſtimate: ideſt recte iudicate uos. an facta: ideſt experiētiæ faciēdo: ſint pluris: id ē maioris momenti: an dicta: id eſt uerba quæ ſcribuntur & legendo dicuntur quaſi haud dubie facta. Vnde & auctor in prologo Catilinæ. Haud quā quam par gloria ſequitur ſcriptorem & auctorem rerum. Illi ſupple contemnunt nouitatem & ita ignobilitatem meam: ego ſupple contemno ignauiam illorum. fortuna ſupple obiectatur: ideſt frequenter ad contumeliam obiicitur mihi hoc eſt ꝙ non ſim ſortitus nobiles progenitores: ſicut mihi nobilem animum peperi: quod fortuitum eſt: & probra: ideſt dedecora & turpia facta obiectantur illis: ſcilicet nobilibus. quamquam ego exiſtimo: ideſt cenſeo unam: & communem naturam ſupple eſſe: omnium ſcilicet hominum: quia omnes habent eadem naſcendi principia. & ſi id ſciuiſſet dixiſſet ꝙ & eoſdem primos parentes: ſed fortiſſimum quemq;: ideſt omnem qui ualde aut egregie fortis ſit: eſſe generoſiſſimum: id ē de præclariſſimo genere cenſendum. At ſi poſſet iam quæri: ideſt indagari: ex patribus. Albini & beſtiæ illorum conſulum nobilium: qui in affrica rem male geſſerunt: ne pro an. maluerunt me gigni: id eſt ꝙ ego fuerim genitus: aut illos: ſcilicet quos genuerunt Albinum & Beſtiam: quid creditis ſupple eos reſponſuros ſupple eſſe: niſi ſeſe uoluiſſe ſupple gignere & inſtituere liberos quam optimos. ꝙ ſi nobiles: deſpiciunt: ideſt contemnunt & uilipendunt me iure: ideſt iuſte & merito propter ignobilitatem faciant idem maioribus ſuis: ideſt deſpiciant etiam eos quibus nobilitas: cæpit: ideſt incepta eſt uti: ideſt quemadmodum mihi non ex genere: quod nobile non erat: ſed ex uirtute. Si ſupple aut quia inuidēt honori meo. ꝙ ad conſulatum peruenerim: ergo inuideant labori & innocentiæ: & etiam periculis meis ideſt aut experimentis aut diſcriminibus pro republi. oblitus: quoniam ego cæpi: id eſt obtinui illum honorem cui inuidens. ꝑ hæc: ſcilicet dicta: laborem innocētiam: & pericula. Verum: id eſt ſed ipſi homines: corrupti ſuperbia: id eſt per ſuperbiam: ꝗ a ut dicit plebeius uerſiculus. Sola ſuperbia deſtruit omnia ſi comitetur. ita agunt ætatem: ideſt ut uiuūt obtentis honoribus quaſi contemnant ueſtros honores: quia officio: ſuo non funguntur: & petunt ita hos: ſcilicet honores: quaſi uixerit honeſte. & ita ex merito. Nec: ideſt certe illi ſunt falſi: ideſt decepti: qui expectant pariter res diuerſiſſimas: uidelicet uoluptatem ignauiæ: ideſt ex pigritia & inerti uita: & præmia uirtutis: quaſi dicat nequaq̄: quia uos conceditis. Aut legatur nec illi falſi ſunt: ideſt non decipiuntur ab opinione: quia ita plerunq; euenit: ut ignaui uirtutis præmia tollent: aut tertio: legatur ut falſi actiue ſignificet: & ſit: ne: id eſt certe illi ſunt falſi: ideſt callidi deceptores qui expectant & cætera. Atque etiam: ideſt. inſuper cum faciunt uerba apud uos aut in ſenatu: extollunt plerūque: ideſt fere tota oratione ſua: maiores ſuos: & putant eſſe clariores. memorando: ideſt recenſendo: & ad memoriam reducendo. fortia facta eorum: ſcilicet maiorum ſuorum: quod eſt contra: ideſt cōtrarium. nam quāto uita eorum: ſcilicet maiorum eſt p̄clarior: tanto ſecordia: ideſt ignauia & inertia horū: ſcilicet qui apud uos orant: eſt flagitioſior: ideſt increpatione dignior. ut Iuuenalis late docet ſatyra Octaua in principio.

Et profecto ita ſe res habet: maiorum Gloria po-ſteris quaſi lumen eſt: neque bona eorum: neque mala in occulto patitur. Huiuſce rei ego inopiam patior. Quirites. Verum id: quod multo præclarius eſt: mea facta mihi dicere licet: Nunc uidete quam iniqui ſint: quod ex aliena uirtute ſibi arrogant: id mihi ex mea non concedunt. Scilicet quia imagines non habeo: & quia mihi noua nobilitas eſt: quam certe Peperiſſe: quam acceptam corrupiſſe melius eſt. Equidem ego nō ignoro: ſi iam mihi reſpondere uelint: abunde illis facundam & compoſitam orationem fore. Sed in maximo ueſtro beneficio: cum omnibus locis me: uoſq; maledictis lacerent: non placuit reticere: nequis modeſtiam in conſcientiam duceret. Nam me quidem ex animi ſententia lædere nulla oratio poteſt. quippe uera neceſſe eſt prædicet: falſam uita: moreſque mei ſuperant. Sed quoniam ueſtra conſilia accuſantur: qui mihi ſummum honorem: & maximū negotium impoſuiſtis: etiam atque etiam reputate: num eorum pœnitendum ſit. Non poſſum fidei cauſſa imagines: neq; triumphos: aut conſulatus maiorum meorū oſtentare. At ſi res poſtulet: haſtas: uexillum: phaleras: alia militaria dona: p̄terea cicatrices aduerſo corpe. He ſunt meæ imagīes hæc mea nobilitas: nō hæreditate relicta: ut illa illis: ſ; q̄ ego plurimis meis laborib. & piculis q̄ſiui.

Et profecto: ideſt reuera: res habet ſe ita ut dicet uidelicet q̄ gloria maiorum eſt quaſi lumen poſteris: ideſt maioribus: & poſt eos natis aut naſcituris: & ita neque patitur bona: ideſt beneficia eorum: ſcilicet poſteriorum neque mala: ideſt turpiter & malefacta in occulto ſupple eſſe. Ego patior inopiam: ideſt carentiam huiuice rei: id ē gloriæ maiorum uerum: ideſt ſed licet mihi id quod multo p̄clarius .i. q̄ niti glīa maiorū. uidere dicere .i. recēſendo laudare. mea met .i. ppria facta .ſ. p̄clara. Nunc uidete id eſt conſiderate q̄ id eſt quantum iniqui ſunt: ſcilicet nobiles: quia non concedunt mihi id: id eſt gloriam & honorem aut conſulatū. ex mea uirtute. quod ipſi arrogant ſibi ex uirtute aliena: ſcilicet maiorum ſuorum: ſcilicet (per ironiam) .i. ſi re licet cur id recte faciāt: q̄: id eſt quia ego non habeo imagines: ſcilicet maiorum meorū: ex cera factas. & in ſtēmata: ideſt coronas p armaria diſpoſitas: & quia nobilitas eſt mihi noua: ideſt iam primum parata: quam: ſcilicet nobilitatem. certe: ideſt reuera ſi: uerū fateri liceat: melius eſt peperiſſe. id ē acquiſiſſe quēuis uirtute ſua quaſi dicat ut ego feci: quam corrupiſſe: ſcilicet peccatis & turpiter actis: acceptam. ſcilicet a maioribus: quod idem Cicero in Saluſtium: reſpondebit. Sanus eſt me meis geſtis florere quam maiorum opinione niti. & ita uiuere ut ego ſim poſteris meis nobilitatis initium & uirtutis exemplum & cætera. Equidem: ideſt certe ego non ignoro ſi nobiles uelint iam reſpondere: ſcilicet obiectis meis orationem fore illis: ideſt illos habituros orationem facundam & compoſitam abunde: ſed cum iacerēt me & uos maledictis: ideſt execratoriis comitiis omnibus locis: in ueſtro beneficio maximo: ideſt propter maximum beneficium ueſtrum in me: non placuit: ſcilicet mihi reticere: ſcilicet uitia eorum & uirtutem meam ne quis duceret: ideſt uerteret modeſtiam: ſcilicet meam. in conſcientiam: ideſt cenſeret me conſcium male dictorum ſi modeſte reticerem. Nam equidem: ideſt certe nulla oratio ex ſententia animi: ideſt profecta ſecundum ſententiam & iudicium mentis cuiuſcunque poteſt ledere: ſcilicet carpēdo me. quippe: ideſt quia certe: neceſſe eſt ut ſupple. uera: ideſt q̄cunque ex animi ſententia. & iudicio prolata: prædicent. bene: ſcilicet de me: hoc eſt nemo poterit me ledere maledicēdo: niſi uelit mentiri. Et uita & mores mei ſuperant: id eſt conuincunt. falſa: ideſt ea quæ quis mentiri uelit de me. Sunt qui legunt ex animi mei: ut ſit ſenſus. Nulla orō pōt me ledere ex ſententia animi mei: ideſt quantū ego de me ſentio: quia uera dicendo me laudet: falſa dicendo ab innocentia mea ſuperetur. uerum ea quæ dixi dicta ſunt ad conſilia ueſtra tutāda: unde addit. Sed quoniā conſilia ueſtra o quirites: qui īpoſuiſtis mihi ſummum honorē & maximum negocium. accuſantur: ſcilicet a nobilibus tāquā iniqua aut ſtulta reputate: ideſt conſiderate animis. ſcilicet ueſtris etiam atque etiam: id eſt diligēter & frequēter. num: ideſt nunqd penitendum ſit: ideſt oporteat habere penitentiam: eorum: ſcilicet cōſiliorum ueſtrorum. Satis diximus ſupra ad p̄nomina poſſeſſiua heri relationē: perinde atque ad primatiua; ut conſilia ueſtra qui impoſuiſtis: non tamen reſoluem⁹ ueſtra per ueſtri: ſed ſi placet p ueſtrū: qđ tamē minus uſitate diceret: Penitēdū āt hīc gerūdiū qđ cū ſubſtātiuo uerbo q̄dā neceſſitatē iportat. Nū pticula negociationem deſiderat: Nō poſſū fidei cā. Callide negat ſibi eē ea q̄ neq; ad uirtutē faciūt: neq; plebeiorū q̄ſq̄ agnoſcere poterat dicēs. Neq; ego poſſū cā fidei .ſ. cōfirmāde .i. mihi adhibeat fides: oſtēdere imagines .ſ. maiorū ex cera factas: neq; triūphos aut cōſulatus maiorū meorū. At .i. ſed ſupple poſſū oſtēdere (hō uerbū: q̄a coniūctionē poſuit tacuit) ſi res poſtulet .i. neceſſe aut utile ſit haſtas. uexillū .i. ſigna hoſtiū. phaleras .i. ornamēta equorū. & ſupple alia dona militaria .i. q̄b⁹ ob uirtute q̄ ea hoſtibus detraxeri ab īperatore donatus ſū. p̄terea .i. īſup cicatrices .i. ueſtigia uulnerū: ī pectore aduerſo .i. obiecto hoſtib⁹ nō ī fugo: neq; ī tergo: he imagines ſunt meæ: ideſt his p imaginibus glorior: hæc eſt nobilitas mea: non relicta: ſed a maioribus. hæreditate .i. iure hæreditario: ut illa. ſcilicet ſuperius dicta ſup. ſūt relicta; illis .ſ. nobilibus: ſed ſupple ſūt ea q̄ ego quæſiui .i. acquiſiui meis laboribus & piculis.

Gerū dium

Num

Non sunt composita uerba mea. Parum id facio. Ipsa se uirtus satis ostendit. Illis artificio opus est: ut turpia facta oratione tegant. Neque literas græcas didici: parum placebat eas discere: quippe q̃ ad uirtutem doctoribus nihil profuerant. At illa multo optima Reipubli. doctus sum: hostem ferire: præsidia agitare: nihil metuere: nisi turpem famam: hyemem & æstatem iuxta pati: humi requiescere: eodem tempore inopiã & laborem tolerare. His ego præceptis milites hortabor. Neq; illos arcte colam: me opulenter. neque gloriam meam labore illorum faciam. Hoc est utile: hoc ciuile iperium. Nãq; cũ tu per mollitiẽ agas: exercitum supplicio cogere: idest dominum: non imperatorẽ eẽ. Hæc atq; alia maiores uestri faciẽdo: seq; & Rẽp. celebrauerẽ. Quis nobilitas freta: ipa dissimilis moribus: nos illorum æmulos cõtemnit: & omnes honores nõ ex merito: sed quasi debitos a uobis repetit. Cæteꝝ homines superbissimi ꝓcul errãt. Maiores eorũ omnia: quæ licebat: illis reliquere: diuitias: imagines: memoriã sui præclaram: uirtutẽ non reliquere: neq; poterãt: Ea Sola neq; datur dono: neq; accipiť. Sordidũ me: & icultis moribus aiũt: quia parũ scite cõuiuium exorno: neq; histrionẽ ullum: neq; pluris pretii coquũ: quã uillicum habeo: quæ mihi libet cõfiteri quirites. Nã ex parẽte meo: & ex aliis sanctis uiris: ita accepi: Munditias mulieribus: Viris laborem conuenire: omnibusq; bonis oportere plus gloriæ: quã diuitiarũ esse. arma: non supellectilẽ decori esse. Quin ergo: qd̃ iuuat: qd̃ carũ æstimant: id semper faciãt: ament:

Verba mea nõ sunt cõposita. i. id poterãt mihi obiicere aduersarii. & simul callide facit qd̓ oratori faciendũ est: ne uidelicet ars ulla appareat in oratiõe. ego facio. i. reputo id. s. icõposite loq. parũ. i. parui momẽti: qa uirtus ipa. i. p se sine lenocinio aut adminiculo orõnis: ostẽdit satis se. Opus est illis. s. turpiter uiuẽtib9 artificio. s. orationis ut tegãt oratiõe. s. cõpta. facta. s. sua turpia neq; ego didici lr̃as græcas: qa placebat parũ: discere eas. qppe. i. utpote q̃ nihil ꝓfuerant doctoribus ad uirtutẽ: qa q eas docebãt nihil ꝑclare agebãt. At. i. sed: ego sum doctus. s. experiẽdo: illa multo optima. i. q̃ longe sunt utilissima reip. uidelicet ferire hostes. agitare. i. expellere oppidis ꝓsidia. s. hostiũ. nihil. i. nõ metuere aliqd: nisi famã turpẽ: melius diceret cõsciẽtiã turpẽ pati iuxta. i. idifferẽter hyemẽ. i. frigus hibernũ. & estatẽ. i. estũ. requiescere humi. i. super terrã: tolerare eodẽ tẽpore iopiã. s. rerũ & uictus & laborẽ. s. militiæ. Ergo ego hortabor milites his præceptis. s. q̃ experiũdo didici: neq; colã. i. obseruabo illos. arcte. i. anxie: ut opulẽtẽt. i. opulẽtũ faciãt me: neq; faciã laborẽ. illorũ. i. nõ cõuertã laborẽ illorũ. in gloriã meã. i. nõ gloriabor de labore illorũ cũ ego nihil fecerim. hoc. i. sic facere est iperiũ utile. & iperiũ ciuile. i. qd̓ iter cõciues eẽ decet. Nã agere. i. ipellere ad laborẽ sup. ciues supplicio. i. p suppliciũ & tormẽtũ: cũ tute. i. tuipse agas. s. ætatẽ. i. uiuas. molliter. i. delicate. i. eẽ dominũ. i. tyrãnũ & superbũ regẽ: nõ imperatorẽ liberi populi. Maiores nostri faciendo hæc atq; alia talia celebrauere. i. celebrauerunt hoc est clarificauerunt. & se: idest ipsos & rẽpubli. qs. i. quibus. s. maiorũ & reipu: celebritatibus nobilitas. freta. i. cõfisa. ipa. i. cũ ipsa sit dissimilis moribus. i. habens dissimiles mores. cõtẽnit nos emulos: idest imitatores & sequaces. illorum. scilicet maiorũ nostrorũ. & repetit. i. exigit a uobis: omnis honores: id ẽ omnis magistratus honorificos nõ ex merito. i. non qa eos meruerit cũ nihil boni fecerit: sed quasi debitos hereditaria successione. Et ita

omnibus uiis conať adducere aduersarios in odium cũ ostendat eos superbos & ignauos & plebeiorũ cõtẽptores maximos. Cæteꝝ. i. sed insup hoies supbissimi. i. elatissimi. s. nobiles errãt. ꝓcul. i. longe a uero: putantes sibi omnia licere cum cõtra sit. Nã maiores eorum reliquere: idest reliquerunt illis (non uirtutem suã) sed oĩa q̃ licebat. s. relinq̃re: uidelicet diuitias. imagines: i. stẽmata nobiliũ ꝓclaram memoriã sui: idest de se habendam nõ reliquere. i. non reliquerũt: neq; poterãt sup. relinq̃re uirtutẽ. (Pulchre autem repetito uerbo non addiť cõiũctio: sed uerũ aut est similisue: qa latine dixeris diuitias &cæ. relinq̃re uirtutẽ nõ relinquere: aut uirtutẽ autem: non sine uerbo necesse ẽ. n. alterũ aut: idẽ uerbum omittere aut cõiũctionẽ). Ea. s. uirtus sola: neq; datur neq; accipiť dono. Ipsi aiũt me sordidũ sup. esse & moribus incultis. (hoc obiectũ callide affert ut se plebeiorũ similẽ cẽseri doceat) q ego exorno cõuiuiũ parũ. scite. i. urbane & polite: neq;. i. & q nõ habeo ullũ histrionem. i. parasitũ aut mimũ quẽ ioculatorẽ uocãt: neq; habeo coquũ pluris: idest maiori ꝓcio cõparatũ q̃ uillicũ. i. curatorẽ uille hoc ẽ hominẽ rusticũ. p. i. q̃s res hr̃e ut ipsi hñt: nõ libet mihi. cõfiteri. i. nolui cõfiteri o quirites. nã ego accepi. i. didici ex parẽte. i. pr̃e meo & aliis uiris sanctis. i. icorruptis: ergo & marii pr̃ icorruptus erat ita idest sic se rem habere. mundicias: idest curiosas exornationes conuenire mulieribus. & supple laborem cõueĩre uiris. Vnde apud nasonẽ. Sint ꝓcul a nobis iuuenes ut femina cõpti. Fine coli modica forma uirilis amat. Et accepi. i. itellexi. oportere. i. decere plus gl'iæ quã diuitiarum esse omnibus bonis & arma nõ supellectilẽ: idest ornamenta lectorum & cæteros ornatus seu apparatus in domo esse. decore: id ẽ ornamẽto: omnibus bonis. Ergo: quia tã peruerso in me sunt iudicio nobiles. quin: idest cur non faciãt id semper quod iuuat: id ẽ delectat eos: & qd̃ estimant. i. cẽsent harũ. uidelicet cur nõ amẽt: id ẽ amoribus idulgeãt.

potent:ubi adolefcentiam habuere: ibi fenectutem agant in conuiuiis:dediti uentri: & turpissimæ parti corporis.sudorem:puluerem: & alia talia relinquant nobis:quibus illa epulis iocundiora funt. Verum nõ est ita. Nam ubi flagitiis fe dedecorauere turpiffimi uiri:bonorum præmia ereptum eũt:Ita iniuftiffime luxuria & ignauia: pessime artes:illis:qui coluere eas:nihil officiunt:Rei publi.innoxiæ cladi funt. Nunc quoniã illis quantum mores mei: non illorum flagitia pofcebant: refpondi: pauca de Repub.loquar. Primum omnium bonum habetote de Numidia animũ Quirites. Nam: quæ ad hoc tempus Iugurtham tutata funt: omnia remouiftis:auaritiam:imperitiam: atq; fuperbiam. Deinde exercitus ibi eft locorũ fciens:fed me Hercule magis ftrenuus:quam fœlix. Nam magna pars eius auaritia:aut temeritate ducum attrita eft. Quamobrem uos:quibus militaris eft ætas:adniuitimini mecum:& capefcite Rẽpu. neq; quenquam ex calamitate aliorum:aut imperatorum fuperbia metus cœperit. Egomet in agmine:aut in prælio confultor idem: & focius periculi uobifcum adero:me:uofq; in omnibus rebus iufta geram:& profecto Dis iuuãtibus omnia matura funt:uictoria præda:laus: Quæ fi dubia: aut procul eẽnt:tamẽ omnes bonos Reip.fubuẽire decebat. Et enim nemo Ignauia immortalis factus ẽ. neque quifquã parens liberis:uti æterni forẽt: optauit:magis uti boni: honeftiq; uitam exigerent. Plura dicerem quirites:fi timidis uirtutem uerba adderent. Nam ftrenuis abunde dictum puto.

potent:idest potationibus inhient & agant ibi:idest in eo exercitio fenectutẽ.ubi .idest in quo habuere adolefcentiam:& ipfi dediti in conuiuiis uentri:per obfonationes.& turpiffime parti corporis:fcilicet pudendis aut podici:relinquant nobis fudorem: fcilicet ex labore militari & puluerem ex motu citatum:& alia talia qualia milites patiuntur.relinquant dicit nobis quibus illa: fcilicet fudores:pulueres: & fimilia funt dulciora:idest fuauiora.epulis:id ẽ comeffationibus. Verum nõ eft: id eft non cõtingit ita. Nam ubi: id eft poftquam uiri turpiffimi: quia pathici:& lurcones gulofi. dedecorauere: idest dehoneftauerunt fe flagitiis: id eft turpiffimis factis erunt.ereptum:idest eripere feftinant.præmia bonorum: idest caftrorum & fortium uirorum: & ita luxuria & ignauia appofitorie. artes peffime:idest peffima exercitia facientes:nihil officiunt:idest nocẽt.iniuftiffime: id eft quæ res iniuftiffimæ fit illis: fcilicet nobilibus qui coluerunt: id eft exercuerunt eas: fcilicet peffimas artes luxuriam & ignauia; fed fupple funt cladi: idest perniciei reipubli.innocue: idest immerenti:quia ob imperitiam eorum in cõfulatu affliguntur ciues & erarium exhauritur. Nunc quoniam ego refpõdi: idest oratione reftiti illis:fcilicet nobilibus quantum mores mei non quantum flagitia illorum pofcebant: quia lõge plura audire merentur: ego loquar: fcilicet deinceps pauca de republica. Primum omnium. Incipiens loqui de republi. ea præcipue dicit quæ in rem fuam putat.unde dicit. primum omnium o quirites habetote bonum animum de Numidia. Nam uos remouiftis omnia q̃ tutata funt iugurtham ufq; ad hoc tempus: uidelicet auariciam quæ in Beftia fuit & Albino:& imperitiam in Aulo & fuperbiam in Metello. Deinde exercitus eft ibi: fcilicet in numidia: fciens: locorum: fed me hercle:fcilicet fic iudicante ut uerum dico: magis ftrẽnuus quam fœlix. nam magna pars eius ẽ

attrita:idest confumpta auaricitia ducum:fcilicet Beftie & cætera: aut temeritate ducum:fcilicet Metelli quamobrem uos quibus ætas militaris: id eft apta militie ineft:anitimini mecum & capeffite:idest fufcipite defendendam rempubli. Neque metus.ceperit: idest inuaferit quemquam:fcilicet ueftrum.ex calamitate. idest afflictione & infelicitate: aliorum: fcilicet qui in numidia militauerant: aut ex fuperbia imperatorum quia egomet qui neque uos affligi patiar neque fuperbe tractabo:adero in agmine & prælio. idem confultor & focius:id eft fufceptor communis piculi uobifcum: quafi dicat fi confulto opus erit adero focius. Vbi cõfultor ponitur pro eo qui confilium dat cum frequẽtius fit qui confilium petit.ut in primo fer. Hora. Confultor ubi oftia pulfat: fed confulo ea duo fignificat. Vnde & uerficulus. Confulo te pofco: tibi confulo confiliundo. Confultus autem dicitur qui confulitur: idest petitur confilium.& ita qui confulit: idest confilium dat. Et gerã: idest tractabo:me & uos ĩ omnibus rebus.iuxta. id ẽ pariformiter & fine difcrimĩe. Et pfecto idest reuera dus iuuãtibus:idest fi dii adiutores erũt omnia funt matura:id ẽ nobis mature:idest cito obuentura uictoria: prædas laus quæ tria eo ordine contingere folent. Que.f.tria dicta fi effent dubia aut peul.i.difficulter obtinẽda.tamen.i. nihilominus deceret omnis bonos fubuẽnire reipublicæ. Etenim: idest qa certe.nemo eft factus immortalis ignauia.i. per ignauiã:qa tã ignaui q̃ ftrẽnui moriunt:neq; qfq̃ parẽs.i. pgignẽs optauit liberis.f.fuis.uti idest ut fupple ipfi forẽt.æterni.i.imortales:magis q̃ uti.i.ut exigerẽt.i.ad finẽ ufq; agerent.uitã.i.uiuerent: boni & honefti:quia fciunt nemini nifi per famã æternitatẽ concedi. O quirites ego dicerem plura:fi uerba adderẽt timidis:fcilicet ex natura. uirtutem.i. fortitudinem. Nam ego puto dictum abunde:idest fatis fuperque: ftrenuis quafi dicat quales uos æftis.

Cõfultor Cõfultus



Viuscemodi oratione habita: Marius postquam plebis animos arrectos uidet: propere commeatu: stipendio: armis: aliisque utilibus naues onerat. Cum his Aulum Mālium legatum proficisci iubet. Ipse interea milites scribere: non more maiorum: neque ex classibus: sed uti cuiusque libido erat: capitecensos plerosq;. Id factum alii inopia bonorum: alii per ambitionem consulis memorabant: quod ab eo genere celebratus: auctusque erat: & homini potenciā quærenti egentissimus quisque opportunissimus: cui neq; sua cara: quippe: quæ nulla sunt: & omnia cū precio honesta uidentur. Igitur Marius cum aliq̄to maiore numero: quam decretum erat: in Africā profectus: paucis diebus Vticam aduehitur. Exercitus ei traditur a. P. Rutilio legato. Nam Metellus conspectum Marii fugerat: ne uideret ea: quæ audita animus tolerare nequiuerat. Sed consul expletis legionibus: cohortibusq; auxiliariis: in agrū fertilem: & præda honustum proficiscitur. Omnia capta ibi militibus donat. Deinde castellá & oppida natura & uiris parum munita: aggreditur: prælia multa. cæterum alia leuia aliis locis facere. Interim noui milites sine metu pugnæ adesse: uidere: fugientes: capi: aut occidi: fortissimum quenq; tutissimum: Armis libertatem: patriam: parentesq; & alia omnia tegi: gloriam: atq; diuitias quæri. Sic breui spatio noui: ueteresq; coaluere: & uirtus omnium æqualis facta. At Reges ubi de aduētu Marii cognouerunt: diuersi in locos difficiles abeunt. Ita Iugurthæ placuerat sperāti: mox effusos hostes inuadi posse. Romanos sicuti plerosq; remoto metu laxius: licentiusque futuros.



Viuscemodi oratione. Prosequitur studiū belli ipsius Marii dicens. Marius huiuscemodi oratiōe habita. i. postq̄ talem orationem habuerat: postq̄ uidet animos plebis erectos. s. ad bellū aut ad spem uictorie & prædę. onerat propere. i. properanter: naues cōmeatu. i. uictualibus. stipendio. i. ere p soluēdo: armis atque aliis utilibus. s. ad bellum: & iubet Aulum Mālium legatū. s. i eo bello futurū: proficisci cum his. s. nauibus sic oneratis: ipse scribere. i. scribebat interea milites nō more maiorum. i. iuxta uetus institutum: neq; ex classibus. i. ex ordinibꝰ seu cetibus simul calādorum. i. cōuocādorum ad idem onꝰ cū eēnt i eodem censu: ut enim Liuius recitat Seruius Tullius sextus romāorum rex primus cēsū instituit ex quo belli: pacisq; numia seu munera & onera nō uiritī ut antea sed pro habitu pecuniarum fierēt. Tum populū uniuersum in classes quinque descripsit atq; diuisit: ut Liuius late exequitur. Sane quos scolasticos uulgo de prīo loco aut secōdo uocant. Quitilianus docet de prima aut secūda classe uocādos. nā & eos in classes diuidi p̄cipit. scribeī. i. scribebat uti id secūdū. libido. i. libitū bellādi cuiusque erat. & plerosq;. i. plurimos cæsos. capite. i. obnoxios ad pēdēdū cēsum pro capite: cū ut Aulus Gellius tradit aut nullo aut per q̄ paruo ere cēserent. & ita cū nō posset census ex ere exigi: exigebaī p capite. Al̄ii: id ē aliq ex romanis. memorabant. i. interpratabantur. id factum sup. esse. ex inopia. i. penuria bonorum. s. militū qui boni nō erant in classibus: alii per ambitionem cōsulis: q̄ erat adiutus & celebratus. i. clarus habitus ab eo genere. s. plebeiorum & pauperū & sup. q̄ egentissimus quisq; est oportunissimus: idest maxime commodus homini quærēti potētiā ut marius fecerat. cui. s. egētissimo. neq; sua. i. propria bona sunt sup. chara. quippe. i. utpote quæ nulla sunt. & oīa uidenī honesta cū præcio. i. habētia præciū annexū. Igitur Marius profectus in affricam cum numero. s. militū: maiore aliquanto q̄ erat decretum a senatu: aduehiī paucis diebus: hoc est intra paucos dies. Vtinam ad illud oppidum in prouincia affricana. Exercitus traditur ei a Publio Rutilio legato scilicet Metelli. quantas quare non a consule cuius exercitus erat sed addit. Nam Metellus fugerat conspectum marii: ne uideret ea quæ animꝰ sup. eius nequiuerat tolerare audita: idest cum tantum audirentur. & tamen uisa fortiꝰ mouēt quam audita. Sed consul: scilicet mariꝰ. legionibus & cohortibus auxiliariis. expletis: idest plene cōpletis: proficisciī i agrū: idest hostilem fertilē & onustum. præda: scilicet auertenda: & donat militibꝰ omnia capta ibi. deinde aggreditur oppida & castella munita parum naturali: idest naturali situ & uiris facere: idest faciebat aut incepit. facere multa prælia: cæterum: idest sed sup. faciebat alia prælia supple leuia: idest facilia aliis locis quā ad oppida. Interim: idest interea noui milites: quos adduxerat. adesse: idest aderāt pugne sine metu. uidere: id ē uidebant fugientes: scilicet milites Ro. capi aut occidi & uidebant fortissimum quēque supple esse tutissimū: & libertatem patriam parētes & alia omnia. tegi. i. ptegi armis: & gloriā atque diuitias quæri: idest acquiri armis sic ueteres atque noui coaluere: scilicet in unum animum breui spacio & uirtus omnium est facta equalis. At reges. scilicet bocchus & iugurtha ubi cognouere de aduentu marii abeunt diuersi in diuersos locos difficiles: scilicet accessu. Ita placuerat iugurthæ speranti hostes effusos per prædationem posse mox inuadi. & Romanos futuros sicuti plerosque alios sup. laxius & licētius: metu amoto per absentiam hostis.

Classes Census Capite Cēsus

Metellus. Commemorat paucis reditũ metelli i urbem ubi præter spẽ honorifice acceptus est dicens. Metellus profectus interea dum marius talia ageret: romam excipit .i. a rõanis animis letissimis cõtra spẽ suã. i. cõtra id qd' timuerat: aut cõtra pro pter posuit existẽs cha

ratum: idest cognitum est: ne pro an. Bocchus simulauerit: id: scilicet se uelle amicitiam. quo: id ẽ ideo ut accederet grauior: idest nocentior: improuisus: an solitus supple fuerit mutare pacem atque bellum: nobilitate: idest per nobilitatem ingenii. Sed consul: scilicet marius adire hoc est adibat. nihilominus: idest

rus iuxta: idest pariter plebi & patribus: scilicet cõscriptis. postquã inuidia mota per marium decesserat: scilicet animis eorum. sed Marius. attendere: id est attendebat & considerabat. ĩpigre. i. strennue & prudẽter res. i. utilitatis suoꝝ & hostiũ. pĩter. i. simĩ & cognoscere. i. cognoscebat qd bõi. i. utilitatis: aut contra. i. qd mali eẽt. utriq3. i. ab utraq3 pte: explorare. i. explorabat itinera regũ. & anteuenire. i. anteueniebat cõsilia & insidias regũ. s. Bocchi & iugurthæ nihil pati. i. patiebatᷣ: remissum: idest tepide factum apud illos: scilicet reges. Itaque ipse aggressus sæpe ex itinere & getulos populos bocchi & iugurthã cum numidis (miscet autem ducem & exercitum) agẽtes prædas ex sociis: scilicet Ro. impii. in numidia aut prouincia. fuderat: id: est pstrauerat supple eos & exuerat ipsum: regem: scilicet iugurtham quem prius nominauerat: armis haud procul ab oppido cirtha: scilicet nomine quæ facta postquam sunt modo: idest solũ modo gloriosa: sine

Metellus interea Romam profectus: contra spem suam lætissimis animis accipitᷣ. Plebi: patribusq3: postquam inuidia decesserat: iuxta carus. Sed Marius impigre: prudenterq3 suorum & hostium res pariter attẽdere: cognoscere quid boni utrisque: aut contra esset. Explorare itinera regum: consilia & insidias eorum anteuenire. Nihil apud se remissum: neque apud illos tutũ pati. Itaq3 & Getulos & Iugurtham: ex nostris sociis prædas agentes: sæpe aggressus in itinere fuderat: ipsumq3 Regem haud procul ab oppido Cirtha armis exuerat. Quæ postquam gloriosa modo neque belli patrandi copiam cognouit: statuit urbes: quæ uiris aut loco: pro hostib9; & aduersum se opportunissimæ erant: singulas circũuenire: Ita ratus Iugurthã aut præsidiis nudatum iri: si ea pateretur: aut prælio certaturum. Nam Bocchus sæpe ad eum miserat nuntios: uelle Populi Romani amicitiam: neq3 ab se hostile timeret: Id simulauerit ne: quo improuisus grauior accederet: an mobilitate ingenii pacem: atque bellum mutare solitus patum exploratum est. Sed cõsul uti statuerat: oppida: catellaq3 munita adire: partim ui: alia metu: aut præmia ostentando auertere ad hostibus. Ac primo mediocria gerebat: existimans Iugurtham ob suos tutandos in manus uenturum. Sed ubi illum procul abesse: & aliis negotiis intentum accepit: maiora: & magis aspera aggredi tp̃s uisum est.

Erat iter igẽtes solitudines oppidum magnũ atq3 ualẽs: nõie Capsa: cuius cõditor Hercules Libys memorabatᷣ. eius ciues

ueluti constituerat oppida & castella munita; auertere hoc ẽ auertebat ab hostibus: scilicet regibus partim ui: alia metu. aut ostentãdo præmia. ac gerere: bat: idest faciebat primo mediocria. existimans iugurtham uenturum in manus: scilicet conferendas. ob: idest ad tutandos suos. Sed ubi accepit illum scilicet iugurtham abesse procul & intentum aliis negociis: tempus est uisum: aggredi maiora & magis aspera. Orator diceret tempus aggrediendi. sed aggredi respicit hic uisum est.

Erat inter ĩgentes solitudines. Progreditur ad narranda maiora & difficiliora facinora marii mira fœlicitate transacta. & primo de expeditione q̃ in capsam urbem potentissimam & fere inexpugnabilem concepit dicens. Oppidum magnum atque ualẽs idest ualidum & forte capsa nomine erat: inter ingentes solitudines; id est maxima deserta numidie unde marius ad ipsum: ignoratus ueniet ut ui

magna utilitate: neque cognouit copiam: hoc est facultatem belli patrandi cum iugurtha: statuit circũuenire: scilicet obsidere aut capere insidiis urbis: hoc est urbes singulas: idest quamlibet seorsum: quæ urbes erant oportunissime uiris aut loco hoc est propter uiros aut locum: pro hostibus. & aduersum: id est contra se: ratus ita uidelicet iugurtham aut nudatum sup. iri: si pateretur ea: scilicet urbes circũueniri: aut certaturum sup. esse prælio. Nam bocchus rex maurorum miserat sæpe nuncios: id est per nuncios significauerat sup. se uelle amicitiam Populi Romani: ne marius timere: quid hostile a se. Parum explo-

debimus. cuius: scilicet oppidi conditor memorabatur: scilicet fuisse hercules Libys sic dictus ad differentiam aliorum. nam multi fuerunt hercules: sed quæcunque ab omnibus gesta sunt uni herculi ut po te iouis ex alcumena amphitriõis uxore filio ascribi solent a poetis. Sane libs dicitur uentus affricus cõtra uulturnum flans. Libis autem homo ex libya: unde sunt qui hæc accipiãt ut sit gentile: hercules libys idest libycus: non ille thebanus. Ciues eius: scilicet oppidi dicti. habebantur apud iugurtham immũes ab onere & sup. imperio leni: idest clementi. & ob ea idest ob eas res: fidelissimi. uidetur at hæc ob ea com

Her culei Libs Libys

apud Iugurtham immunes:leui imperio:& ob ea
fidelissimi habebantur:muniti aduersum hostes:
nõ mœnibus modo & armis atq; uiris: uerũ etiam
multo magis locorum asperitate. Nã præter oppi-
da propinqua:alia omnia uasta:iculta : egẽtia aq̃:
infesta serpentibus:quarum uis:sicuti omnium fe
rarum Inopia cibi acrior. Ad hoc natura serpenti
um ipsa perniciosa:siti magis:quam alia re accẽdi-
tur. Eius oppidi potiũdi Marium maxima cupido
inuaserat:cum propter usum belli:tũ quia res aspa
uidebatur:& Metellus oppidum Thalam magna
gloria cœperat:haud dissimiliter sitũ:munitumq;:
nisi quod apud Thalam non lõge a mœnibus:ali-
quot fontes erant:Capsenses una modo: atq; ea i-
tra oppidum iugi aqua:cætera pluuia utebant. Id
ibiq; & in omni Africa:quæ procul a mari inculti-
us agebat:eo facilius tolerabatur:qa Numidæ ple
runque lacte & ferina uescebantur:& neque salẽ:
neque alia Gulæ irritamenta quærebant:Cibus il
lis aduersus famem:atque sitim:non libidini:neq;
luxuriæ erat. Igitur cõsul omnibus exploratis:cre-
do Diis fretus:nam contra tantas difficultates cõ-
silio satis prouidere nõ poterat : quippe etiam fru-
menti inopia tentabatur : quod Numidæ pabulo
pecoris magis:quam aruo studeat. Et quodcunq;
natum fuerat:iussu Regis in loca munita contule-
rant. Ager autem aridus:& frugum uacuus ea tẽ-
pestate. Nam æstatis extremum erat:tamẽ pro rei
Caeterum marius iubet syllam cum equitibus agitare apud aquam.i.fontem illum aquae. ipse contrahit .i.colligit milites dispersos: neq; minus hoc est & nihilominus hostibus existentibus sup. conturbatis.i. quāquā milites dispersi erant: tamen hostes etiam cō turbati fuerant: aut potius sic quāquam marius suos paulatim colligit: tamen interim non minus hostes conturbat ne perciperent q suos recipere paret. Deide subdu hoc est clam e pugna deducit. cūctos .i. simul omnes in collem.i.editiorem: pleno hoc est non impedito nec iterrupto gradu hoc est igressu. Ita .i. & sic reges. s. Bocchus & iugurtha coacti. difficultate.i. propter difficultatem loci deterrentur hoc est terrore depelluntur p̄lio: neq; tamen sinunt hoc est patiūtur suos .s. milites abire lōgius sed utroq; colle circū dato multitudine: scilicet militū: ipsi milites hostiles effusi hoc est dispersi consedere .i. simul locum quietis ceperūt. deinde crebris ignibus factis barbari letari hoc est letabantur. suo more plerūq: id est plurimam partem noctis. exultare.i. exultabant. & tripudiabant. strepere.i. strepebant pedibus & uocibus: & ipsi reges feroces supple erāt q non fugere hoc est fugebant. aut q agere.i. agebant hoc est ferebant supple se pro uictoribus nisi sit fugere penultima longa praeteriti perfecti temporis. & est ordo. reges feroces erant: aut agere.i. agebant supple se pro uictoribus q non fugere.i. fugerunt. Sed ea cuncta quae faciebant hostes erant Romāis facilia. uisu id est ut uiderentur aut ad uidendum ex tenebris: quia qui in tenebris sunt uident quae fiunt in luce & nō uidētur: & locis editioribus: unde prospectus latior: & erant magno hortamento: scilicet ad futurā uictoriā. Plurimū uero marius. Prosequitur exitum belli peritia mariana & imperitia hostili foelicē ac infoelicē dicens. Vero pro sed Marius confirmatus supple existens.i. animum firmum capiens. plurimum id est summopere imperitia.i. per imperitiā hostium iubet quammaximum id est altissimum silentium. haberi. s. a suis & iubet nequidem.i. non etiam. signa canere.i. cantu uigilias indicare: ubi solebant canere per uigilias. Sane signa canunt ut instrumenta: si signa pro tubis capiantur: aut potius iubet cornicines & tubicines: nequidē .i. non etiam canere signa. uti i. quēadmodum ipsi solebant. s. canere ea per uigilias. deinde: ubi.i. postquā lux. s. matutina.i. aurora aut diluculum aduentabant hostibus iam defessis ex tripudiis & pridiano bello: ac captis.i. oppssis & sopitis pauloante. somno supple Marius iubet tubicines uectigales.i. qui praecinere solēt. uectigalibus.i. tributariis: aut qui ipsi uectigales erant. item.i. & similiter omnes tubicines cohortum turmarum legionum id est omniū tam peditū quā equitum. & tam romanorum quā sociorum & auxiliariorum. canere tuba (alii habent signa) de iprouiso.i. repente: & milites tollere.i. leuare clamorē: aut erūpere portis.i. euadere ut in portas castrorū hostiliū. Mauri atque geruli qui erāt populi Bocchi: exciti.s. uiolēter (q̄ res apud Vergiliū semper mali hois indiciū est: ut Seruius adnotauit: forte q sōnus credit deorū donū: ut eneid.ii. Tēpus erat cū pria qes mortalibus egris. Incipit: & dono diuū gratissima serpit) ignoto sonitu: & ppterea horribili: neq; poterāt fugere: neq; capere arma: neq; facere aut prouidere oino quicq̄: ita quasi uecordia.i. amētia quaedā. (Est.n. uecors parui aut puersi cordis secūdū q ue diminuit aut auget: & ita uecordia est pusillāimitas aut insania quaedā. nā cordatum prudentem dicimus) acceperat id est inuaserat cunctos: strepitu clamore: idest propter strepitum pedum & armorum & clamorem militum: & nullo: scilicet numidarum subueniente. & nostris: scilicet Romanis. instantibus: id est urgentibus eos tumultu: terrore: formidine. Denique: idest tandem omnes sunt fusi & fugati: arma & signa militaria: id est uexilla sunt capta pleraque id est plurima. Et plures interempti sunt in eo proelio quam in omnibus superioribus. Nam fuga supple eorum cui numide plurimum confidunt. impedita supple est somno & metu insolito hoc est insolenti & uehementi.

Vecors

Sed quia diuersi:scilicet exploratores missi a mario erant sup.redeuntes.alius ab alia parte:idest diuersi a diuersis partibus. & omnes significabant simul idem:idest uilos speculatores iugurthæ consul:scilicet marius incertus:quonam modo instrueret aciem nam aliter instruitur dum periculum a dextera quá dum a sinistra timet:

latine.i.uerbis latinis.Ná cú esset missus a micipsa í hispaniá ad auxiliú romanoꝵ & militasset sub scipione didicerat loq.s.latine apud Numantiá.exclamat í quá nros.i.romanos pugnare frustra.& sup.aut quia mariú iterfectú sup.ec pauloante.sua.i. ꝓpria ipsius clamátis manu.simul.i.pariter ac eodé tépore. osten

Sed qa diuersi redeútes:alius ab alia pte: atq; oés idé significabát:cósul icertus quonámó acié istrueret:nullo ordie cómutato : aduersum oía paratus ibidé oppenit.Igit Iugurthá spes frustrata:q copias í qttuor ptes distribuerat: ratus ex oibus æq; aliquos ab tergo hostibus uenturos. Interim Sylla: qué primú hostes attigerát: cohortatus suos:turmatim:& q̄maxime cófertis eqs : ipse:aliiq; Mauros iuadút: Cæteri í loco manétes:ab iaculis eminús emissis:corpora tegere:&:siq í manus uenerát obtrúcare.Dú eo modo equites ꝓliant : Bocchus cum peditibus:quos Volux filius eius adduxerat: neq; í priore pugna in itinere morati adfuerát : postremá Romáoꝵ acié iuadút. Tum Marius apud primos agebat:qđ ibi Iugurtha cú plurimis erat. Dein Numida cognito Bocchi aduétu: clá cú paucis ad pedites cóuertit. Ibi Latine: (ná apud Numátiá loq didicerat:)exclamat nros frustra pugnare:pauloáte Mariú sua manu interfectum : simul gladiú ságuine oblitum ostédere : qué impugnatis ipigre occiso pedite nostro cruétauerat. Q d' ubi milites accepere:magis atrocitate rei:q̄ fide nú cii terrétur: simulq; barbari aios tollere: & in pculsos Romanos acrius íncedere. Iamque paulum a fuga aberant: cum Sylla: profligatis iis: quos ad-

opperitur: idest expectat.ibidem:scilicet in fultum hostium:nullo ordine commutato propter nunciata ab exploratoribꝰ:existés paratus aduersú omnia a quacúq; parte uenirét. Ita:idest sic spes frustrata sup. é iugurtham.alii legunt passiue:spes iugurthæ frustra : idest adnihilata est:qui:scilicet iugurtha distribuerat copias:scilicet suas in q̄ttuor partes:ratus : idest arbitratus aliquos ex omnibus:scilicet suis: uenturos.hostibus:idest in hostes.eq; : idest pariformiter ab tergo Valla diceret abs tergo. Interim idest interea dum marius sic globatim incedit : Sylla quem existenté in dextera:hostes attigerát primum cohortatus: idest postq̄ cohortatꝰ fuerat suos:ipse & alii scilicet coniuncti inuadunt mauros : scilicet populos bocchi. turmatim: idest per tur-

Ab tergo

dere.i.osté debat gladium oblitú .i. inqnatú (penultima breui ab obliuor nó ab obliuiscor)sanguine.i.cruore recés fuso: quem.s. gladium ipse numida (qsqs est.sed uidetur iugurtha qué ñ dederat principé exercitꝰ hostilis occidisse: & q latine loq poterat . ná apud numátiam diu íter latios uersatus fuerat)cruétauerat.i.cruentum effecerat.pedite nfo.i.Romano occiso satis.impigre: idest strennue: in quo facto callide hosté laudat. Q.đ ubi milites accepere.Prosequit reliq̄ ad pugná inceptá ptinétia:ꝓmouens quáti momēti sit interdum uox una.Ná ad unius numidæ ꝯmédacem: uocé sic animi romáorú labefacti sunt ut parú abfuerit quin qui uictores erát uícerent Prodestitaq; plurimú rebus bellicis itentos historias legere: e quibus uersutiaꝵ & stratagematú multorum

mas:idest non singulatim:sed coniunctim.unde addit & equis cófertis:idest stipatis quammaxime.Cæteri:scilicet romani manentes in uno loco tegere:id é protegebant corpora:scilicet sua ab iaculis emissis: eminus quasi e máu:idest de longe.& si qui:idest aliqui obuenerant in manus:ita ut possent eos comprahendere.obtruncare:idest obtruncabát sup.eos. Dú equites quibus præfuerat sylla præliantur eo modo quo dictum est eos.præliari:idest prælium exercere Bocchus rex maurorum inuadit postremam aciem: romanorum.cum peditibus quos uolux filius:scilicet bocchi:adduxerat.neque:idest & qui existétes nó morati in itinere in priore pugna:idest prius incepta affuerant.Marius agebat.tum:scilicet cum bocchus in postrema acie existentes inuaderet.apud primos: idest existentes in prima acie.q;:idest eo q; Iugurtha erat ibi cú plurimis.i.frequétissimis.deinde numida :s.qdá.uidet át de iugurtha loq. de quo si loquitur: sensus est).cognito aduétu.i.postq̄ cognouit aduentú bocchi q a tergo aduenerat.couertit.s.se clá cú paucis ad pedites.s.romanos.& exclamat ibi.i.apud pedites

pitiores euadát:q usui posmodú sint:unde si simile: factú róani memoria tenuissent:nó tá facilé fidé hosti ꝓsertim habuissent.ad quá ré alludit maro Enei. ii. Quæ táta insania ciues ? Creditis auectos hostes aut ulla putatis dona carere dolis danaum sic notus ulysses? Et ideo bene dictú est oi spiritui ne credas. Sed ordo é.Q.d.s.dictú núidæ q cruétato gladio osté so fidé fecerat se mariú iterfecisse.ubi.i.postq̄ milites.s.róani ꝓsertim pedites.accepere.i.itellexerút:qa latine locutus erat:ex quo solú poterát dolú suspicari.ad quid enim numida loq̄retur ad numidas & getulos latine? sed in tali perplexitate etiam sui immemores esse poterant.terrentur magis atrocitate rei q; uidelicet imperator talis obtruncatus esset: quá fide nuncii.i.nunciátis.s.numidæ.simulq;.i.& simul barbari.s.getuli & numidæ efferi & inculti atq; crassiligues extollere.i.extollebant animos.& intédere.i.intendebant ipetum.acrius in romáos.ꝑculsos.i.attonitos & atrocitate nuncii.& sup.milites romani aberant iam paululum a fuga:idest paululum aberant:quin fugerent : cum Sylla rediens : scilicet in eam partem pu-

uerſum ierat:rediens ablatere Mauris icurrit. Bocchus ſtatim auertitur. At Iugurtha dum ſuſtentare ſuos: & prope iam adeptam uictoriam retinere cupit:circumuentus: ab equitibus dextra: & ſiniſtra omnibus occiſis:ſolus inter tela hoſtium uitabundus erumpit. Atque interim Marius fugatis equitibus:accurrit auxilio ſuis: quos pelli iam acceperat. Deniq; hoſtes iam undiq; fuſi. Tum ſpectaculum horribile in campis patentibus ſequi: fugere:occidi:capi:equi:atq; uiri afflicti: ac multi uulneribus acceptis: neq; fugere poſſe: neq; quietem pati. niti modo:ac ſtatim cōcidere. Poſttemo omnia:qua uiſus erat: cōſtrata telis: armis cadaueribus:& interea humus infecta ſanguine.



Oſtea loci conſul haud dubie iam uictor peruenit in oppidum Cirtham: quo initio profectus intenderat: eo poſt diem: quintum: quam iterum Barbari male pugnauerant:legati a Boccho uenerūt:qui Regis uerbis ab Mario petiuere:duos quamfidiſſimos ad eum mitteret:uelle de ſuo & de Populi Romani.commodo:cū his diſſerere. Ille ſtati Luciū Syllā:& Aulū Manlium ire iubet. Qui quanquam acciti ibant:

gne.& hoc his aduerſum quos(. Eſt autem anaſtrophe idest præpoſitionis poſtpoſitio quos aduerſum) ierat: ſcilicet pugnatum:profligatis: id eſt porro: per afflictionem fugatis & depræliſis. incurrit mauris:idest in mauros:ab latere. Bocchus qui erat illic apud ſuos. auertitur ſtatim: ſcilicet ab hoſte hoc eſt impetu Syllæ. At iugurtha dum cupit ſuſtentare ſuos:idest cōfirmare ne fugerent.& retinere uictoriam. iā prope:idest quaſi adeptam:idest pertam (ubi:adeptam paſſiue ponitur. Et hoc loco uidetur quod ſupra dixi iugurtha fuiſſe numida ille qui le marium interfeciſſe: dixerat:quia inter pedites erat) ipſe circūuentus ab equitibus: ſcilicet ſyllāis. dextra & ſiniſtra: ſcilicet ab utraq; parte omnibus ſcilicet ſuis occiſis erupit:idest ui euaſit ſolus inter tela hoſtium nitabundus:idest aſſidue uitans:ſcilicet infeſta tela ita ut illeſus manſerit. Atq; marius fugatis equitibus:ſcilicet numidis a quibus dux abfuerat. interim ſcilicet interea dū ſuperiora a ſylla gerebātur:occurrit ſuis: ſcilicet militibus:quos acceperat iam pelli propter nuncium ut uiſum eſt. Deniq;:idest tandem hoſtes ſunt fuſi: idest proſtrati. undique:idest ab omni parte. Tum: idest tunc ſup. fuit aut factum ē ſpectaculum horribile:ſcilicet memoratu aut uiſu(quia horrorem incutit. horror autem eſt ubi ex frigore & timore membro concutiuntur & quaſi pili inſurgunt ac rigeſcunt. Nimis autem graphice faciem belli deſcribit:ita ut plane depingi: uideatur & ſub oculos legentium referri) in ſupple campis patentibus:idest planis & apertis. Spectaculum autem eſt. ſequi:ſcilicet uictores qui erant Romam fugere uictos:occidi:ſcilicet quoſdam. capi:ſcilicet alios:aut potius quia reliqua uerba per imperfecta exponenda ſunt exponamus:& hæc ſic. Sequi.i. ſequebatur:ſcilicet Romani. fugere: idest fugiebant: mauri & numide occidi:idest occidebantur quidam eorum capi:idest capiebantur alii:equi atque uiri afflicti ſup. erant. ac multi:ſcilicet numidarum & getulorum uulneribus acceptis:idest poſtquam acceperant uulnera:neque poſſe pro poterant fugere:neque pati quietem:quia hoſtes inſtabant eos opprimentes. niti:idest nitebantur. modo: id eſt ſolummodo: hoc eſt tantummodo conabantur fugere aut ſtare do nec poterant. ac concidere:idest concidebant: idest ſimul cadebant. mox. idest paulopoſt. Poſtremo:idest ad poſtremum tempus:omnia qua uiſus erat: id eſt per eam regionem qua uiſus:idest proſpectus uidentium erat:ſcilicet ad ulteriora directus:cōſtrata ſup. erant telis. dicimus autem reciproce:ſterno tela ſuper terram:& ſterno telis. tela autem accipiuntur pro armis inuaſiuis q̄ longe ledere poſſum: ut ſunt ſagitte & iacula: & armis ſup. aliis quibus ſe defendebāt aut cominus inuadebant: & cadaueribus:ſcilicet cadentium & humus ſupple erat infecta ſanguine interea: ſcilicet dū hæc fierēt.

Horror

Pictura belli



Oſtea loci conſul &c. Recitat ut marius uictor Cirthā peruenit: utq; illuc ad eum bocchus: legatos miſeris oraturos: ut ad ſe aliquot mitteret qbuſcū de pacis conditiōibus diſceptare poſſet: uſq; ad ilum Sylla q̄ſtor. & mālius legatus duo belli: proceres miſſi ſint:& quam oratione ſylla ad bocchum habuerit. Ordo autem eſt. Poſt ea loci: id eſt poſt id temporis. Locus enim & tempus: ſæpe confunduntur: ut non eſt nunc dicēdi locus:idest tempus & hic aduerbia loci p aduerbiis tpis ponunt:ut hucuſq; hactenus.i. ad hūc uſq; locū & ad hoc uſq; tpus &c. Sane particule aduerbiis loci aut tēporis addite uident plus ad ornatum q̄ ad ſubſtātiam orationis facere ut nuſq̄ gētiū nō plus eſt quā nuſq̄. imo minus:qa nō ubiq; gentes ſunt & poſtea loci nō plus q̄ poſt: & ſi duæ ſint particule poſtea diceret aut loca aut locorum niſi tamen ſit poſtea.ſ. geſta. loci:idest in eo loco de quo iam meminit. ſed minus quadrat. cōſul.ſ. marius uictor haud dubie cū prius incertū eēt an uictus fuerit. nā reges pro uictoribus: agebant:peruenit in oppidū cirthā.ſ. nomine. quo:id eſt i qd ipe pfectus.i. eū diſcederat itēderet ſup. puenire i initio.ſ. pfectiōis ſue. Proficiſci.n. eſt diſcedere a loco q̄ſi porro ſeu pcul faceſſet.i. factū & curatū ire poſſet forte dici i initio. pfectus.i. profectionis ut ſit grūs q̄rte iflexionis. Legati.i. oratores miſſi a boccho rege mauritāie uēiūt. eo.i. in id oppidum: poſt qntū diem:idest quito die poſteaquem:ſcilicet diem barbari:ſcilicet numide & getuli ac mauri pugnauerant. male:idest in malum & excidium ſuum. (Notandū apud hunc auctorem poſt & ante ſæpe accuſatiuo: cui deſeruiunt præponi cum apud alios ablatiuos durationis ſeu menſure temporis aut exceſſus: in eo

Poſtea loci

Aduerbia loci

Proficiſci

regant: ut quod hæc dicitur post quintum diem &c. alii dicerét die qnto postquá aut biue post: sic die qnto q̃ barbari &c. Sane quidam habét non qué sed q̃: uerum magis salustianum est qué) qui pertinere uerbis .i. nomine & auctoritate regis: scilicet bocchi ab mario mittere .i. ut mitteret ad eũ: scilicet bocchũ duos q̃ fidilissimos .i. maxie fidos. & dixerunt sup. id .n. frequens sub audit eũ sup. bocchũ uelle differere: idest disceptare & tractare cum his: scilicet quos mitteret de commodo suo .s. bocchi iubẽtis & de cõmodo pop. Rom. ubi coniunctio: & copulet diuersos casus: quia dictio cõmodo diuersos exigit. nõ enim liceret dicere d cõmodo sui & Populi Romani nisi sit sui Populi. Illæ: scilicet marius iubet statim lucium syllam & aulum mãlium ire scilicet ad regem: qui q̃q̃ ibát acciti: idest uocati ab eo: & ita audituri quid ipse uellet: tamen placuit sup. eis facere uerbũ apud regem: idest habere orationem tanq̃: uenissent ut oratores. quo scilicet uerbo aut ideo ut flecterent ingenium scilicet regis: ad uersum: id est contrarium: paci licet subdole dissimularet. aut accenderent: uehementius. cupidum: idest si ingenium esset cupidum aut rex cupidus pacis. Itaq; sylla cuius facũdie non etati: quia facundior sed non grandior erat: concessum est a manlio locutus est pauca uerba huiuscemodi: q̃lia subsequuntur.

periculi sit cum pessimo homine commisceri: quia id sine cõtaminatione fieri nequit: & ideo dicit maculares. unde a nostris dictum est per adagium. Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea: & qui communicauerit superbo induet superbiam: & in psalmo: cum sancto sanctus eris. Simul: idest & pariter o rex Bocchæ: tu demeres idest auferes nobis acerbá: idest difficilem: & duram necessitudinem: id ẽ cõpulsioné uiolẽtá: pseq ,p persequẽdi pariter & te errantem idest deceptum in opinione; & illum: scilicet iugurtham: sceleratissimũ: qui tot scelera commisit i filios regis ut uisum est: & i patriam suam. Et ita captat beniuolentiam a persona Romanorũ cum dicat eos inuitos persequi Bocchum & a persona: Bocchi cũ dicat ipsum nõ pugnaturum cum iugurtha nisi errantem; idest nisi deceptum ab eo. & aliud quam sit de romanis existimantem. Ad hoc: idest insuper dicebat uisum supple esse populo Romano. iam: idest statim a prĩcipio: scilicet originis sue. inopi: idest cũ adhuc esset inops: melius supple esse: id est potius. quærere: id est acquirere: & nancisci amicos qui ex animo: bene uelint: quam seruos qui cogantur & metu coerceantur. & supple quod rati supple sint: aut legatur ratos: idest dicebat eos ratos tutius supple esse: imperitare. uolentibus quam coactis: quia nullum: uiolentum: diuturnum. Vero pro sed o rex: nulla amicitia est supple: aut sit opportunior: id est conuenientior: tibi quam: nostra: idest romana: Tibi ubi priuatus ad: regem dicit tibi: cum galli putent honoris esse si: uobis dicant. primum: id est prima de causa quod nos: scilicet Romani absumus procul: scilicet a mauritania. in quo: scilicet q procul absumus est minimum: idest minima potestas: offense: idest lesioni actiue: hoc est ledendi. non enim onere: aut exactiõe eos præmere possit: & gratia: idest beneficentia: aut beniuolentia est supple par: idest eq; magna ac si adessemus prope: quia cum lõge sit nihil petent & faciliter partem regni numidiæ ei tribuant. Deinde supple opportunissima: fuerit tibi amicitia nostra: q habemus. abunde: id est satis multos. parentes: idest obedientes nobis: quasi dicat coactos: ut Carthaginenses: macedones & alios. Sed supple satis amicorum neque fuit nobis: neque cuiquam hominum.

Salustiana locutio

Ab mario

Verbú loquele subaudiri

Exiter diuersos casus

tamen placuit uerba apud Regem facere: Ingenium aut aduersum uti flecterent: aut cupidum pacis uehementius accenderent. Itaque Sylla: cuius facundiæ: non ætati a Manlio concessum est: pauca uerba huiuscemodi locutus.

Syllæ Oratio ad Bocchum.

REx Bocche magna nobis est lætitia: cum te talem uirum Dii monuere: uti aliquãdo pacem: quam bellum malles: neu te optimum cum pessimo omnium Iugurtha miscẽdo commaculares: simul nobis demeres acerbam necessitudinem: pariter te errantem: & illum sceleratissimum persequi. Ad hoc Populo Romano iã a principio inopi: melius uisum est: amicos: quam seruos quærere: tutiusque rati uolentibus: quam coactis imperitare. Tibi uero nulla opportunior: amicitia nostra: primum quod procul absumus: in quo offensæ minimum est: gratia par: ac si prope adessemus. Dein quod parenteis abunde habemus. Amicorũ nobis neq; cuiq̃ hominũ satis fuit.

REx bocchæ. Hæc oratio est in genere deliberatiuo q̃a suadet & dissuadet dicens: o rex bocchæ decenter nomen dignitatis p̃ponit: nam si quem excellẽtis dignitatis ,p prio nomine compellaueris illi cõtumeliosus uidearis: sin uillissime abiectionis ut lenonem aut tortorẽ honorificus: magna leticia ẽ nobis: quo uerbo captat beniuolentiam. cũ. i. quádo aut quoniam dii monuere te talem uirum: ut malles. aliquando: idest tandẽ (sic enim fere ponitur: & a Philelpho ponendum: in secundo epistolarum uolumine præcipitur q̃q̃ etiam aliter reperitur). neu. i. neu. x commaculares te miscẽdo te optimũ. s. regem aut uirum cum iugurtha omnium. s. qui uiuant. Quo dicto callide ex p̃cepto rhetorico id regi dat quod ab eo primum desiderat. uidelicet ut pacem q̃ bellum malit: & ut bonus aut quá optimꝰ haberi uelit simulq; aduersarium deprimit: unde regem attentum etiam facit cum admoneat q̃ti

Atq; hoc utinam a principio tibi placuisset. profecto ex populo Romano ad hoc tēpus multo plura bona accepisses: quā mala perpessus es. Sed quoniam humanarum rerum Fortuna pleraq; regit: cui scilicet complacuit: uim & gratiam nostram te experiri: nunc quoniam per illam licet: festina: atq; uti cœpisti perge. Multa opportuna habes: quo facilius errata officiis superes. Postremo hoc ī pectus tuum dimitte: nunquam populum Ro. beneficiis uictum esse: Nam bello quid ualeat: tu te scis.



D ea Bocchus placide & benigne simul pauca pro delicto suo uerba facit: se non hostili animo: sed ob regnum tutandum arma cepisse. Nam Numidiæ partem: unde Iugurtham expulerit: iure belli suam factam: eam uastari a Mario pati nequiuisse. Præterea missis antea Romam legatis: repulsum ab amicitia. Cæterum uetera omittere: ac tum: si per Marium liceret: Legatos ad Senatum missurum. Dein copia facta mittendi: animus: Barbari ab amicis flexus: quos Iugurtha: cognita legatione Syllæ & Manlii: metuens id quod parabatur: donis corruperat.

Atque utinam hoc: scilicet inire pacem cum Romanis placuisset tibi ab initio. profecto. i. reuera tu accepisses ex Populo Romano ad hoc tempus: idest hactenus: plura bona q̄ perpessus esses mala. Sed quoniam fortuna: idest inopinatus casus & euētus regit pleraq;: idest plurima rerum humanarū: unde in Catilinario. Sed profecto fortuna in omni re dominatur. Cui: scilicet fortūe: placuit te experiri: idest ut tu experireris quasi dicat q̄ coegit te experiri. uim: id est uiolentiam & compulsionē nostram: qa sæpe uictus fuerat. & ita: nimis argute terret: sicut ab utili prius allexit: & gratiā: id est beniuolētiam & beneficētiam nostram: hoc est senatus populique Romani. Nunc quoniam licet per illā: id est quia illa uidelicet fortuna: quasi dicat citra meritū tuum hāc conditionem tibi obtulit ut possis gratiam Populi Romani experiri festina atq; perge: id ē procede & perfice icēptum. uti: idest quemadmodum incepisti: quasi dicat arripe occasionem: quia fronte capillata post hæc occasio calua est. Et ideo Lucanus. Tolle moras nocuit semper differre paratis. Tu o Bocche habes multa atq; opportūa: idest accommoda: scilicet ad reconciliationem seu ad gratiā Populi Romani ineūdam: quo: idest ideo ut aut quo idest qua re seu per quam rem (ponitur autem absolute: nam si relatiuum eēt diceretur quibus) tu superes: id est superare possis. facilius errata: scilicet tua. officiis: idest debito munere Romanis impenso. Tacite autem inuit quod postea petiturus est: iugurthā tradat: per quem & gratiam Populi romani & partē numidiæ adipiscat. Postremo o Bocche demitte hoc in pectus: idest in animum tuum populum romanū nunq̄ esse uictum beneficiis: quod in Massinissa claruit. Vnde tacite inuitat per auaritiam sciēs illum ob partem regni promissam multa fecisse: simul rhetorice in fine duo grauissime facit promittit & minatur addens tute: idest tu ipse sis: scilicet populus romanus ualeat bello: quasi dicat ideo tantum de beneficētia eius admonuit.



D ea Bocchus compendio tangit responsionem Bocchi: cuius sensum: sed nō uerba tangit. Non enim uidetur latine sciuisse nec similia getulisse. Ná postea in summis negociis q̄bus si fieri posset arbitros oīs abesse uellint: per iterpraetem collocuturi sunt. Ordo est Bocchus facit uerba: idest respondet ab ea: scilicet quæ a Sylla dicebantur: placide & benigne. & simul: idest ēt pauca pro delicto suo: idest pro purgatione delicti: aut secundum magnitudinem delicti: quia eius purgatio longe plura exposcebat. & supple dicit se cepisse arma: scilicet contra romanos: quod tamē artificiose tacetur: non animo hostili: id ē inimico. ita ut romanis male consultum uelit aut nocuisse per inuidiam aut maliuolentiam: sed ad tutandum regnum. (Et si dicat: Sylla nullam uim factam regno ipsius cū non sint flumen quod eorum regna dirimebat transgressi romani dicit se quoq; habere partem numidie iure belli prius acquisitā. non autem itelligo iure belli: idest promissione iugurthæ facta in eo bello: licet enim dictum ē q̄ iugurtha promiserat illi tertiā: partem numidie si uoti compos euaderet sine regni imminutione: non tamen congrueret huic loco: ut id Bocchus confiteatur sic enim significaret se mercede conductū ad bellū alienū. & ita pro excusatione afferret auaricitiā suam: odiosissimū malum quod nō ꝓcedit. Intelligā itaq: antea q̄ iugurtha illi filiā suā daret motā fuisse litē de cōfinibus regni & partē a boccho inuasam: illi ꝓ dote ab iugurtha cōcessam: propter bellū qd' ab romanis metuebat. Vnde ordo est. Ná sup. dicit partē numidie unde expulerit iugurthá factā sup. esse suá: iure belli: qa iniusto bello capta cedūt captori: & dicit se nequisse pati. s. equo animo: eā .s. partē uastari a mario. Præterea dicit se repulsum antea. i. priusq̄ bellum attentaret: quod & auctor prius confessus est: ab amicitia: scilicet romáorum quá petiit: legatis missis Romá. Cæterum. i. sed sup. dicit se omittere. uetera: idest ueteres causa dissentiōis: & dicit si liceret per marium: idest mario non renuente se missurum legatos ad senatum. Deinde copia facta. Mira breuitate pstringit rē qa dat itelligere q̄ sylla id a mario īpetrauit & Boccho permiserit: sed deide copia. i. plena ptāte mittēdi legatos facta. s. per marium & syllá: animus barbari. q. d. ideo q̄ barbari: flexus sup. est ab amicis: scilicet bocchi non ueris. sed simulatis. q. d. necessariis: quos: scilicet amicos bocchi iugurtha corruperat donis metuens id quod parabatur: scilicet bocchi a bello auersionem & hoc legatione syllæ & manlii a mario legatorum. cognita i. rescita: ab ipso iugurtha. q sem p uigil & solicitus erat.

Marius interea exercitu in hybernaculis: composito: cum expeditis cohortibus: & parte equitatus proficiscitur in loca sola: obsessum turrim regiam: quo Iugurtha perfugas omnes: præsidium imposuerat. Tum rursus Bocchus scilicet. seu reputando quæ sibi duobus præliis euenerant: seu monitus ab aliis amicis: quos incorruptos Iugurtha reliquerat: ex omni: copia necessariorum quinq; delegit: quorum & fides cognita: & igenia ualidissima erãt. Eos ad Marium. ac deinde: si placeat: Romam Legatos: ire iubet agendarum rerum: & quocunque modo belli componendi licentiam ipsis permittit. Illi mature ad hyberna: Romanorum proficiscuntur. Deinde a Getulis latronibus in itinere circumuẽti: spoliatique: pauidi: sine decore ad Syllam: profugiunt: quem consul in expeditionem: proficiscens: pro prætore reliquerat. Eos ille non pro uanis hostibus: ut meriti erant: sed accurate: & liberaliter habuit. Quare Barbari & famam: Romanorum auaritiæ falsam: & Syllam ob munificentiam: in se amicum rati sunt. Nam etiam non largitio: multis ignota erat: nemo munificus: putabatur: nisi pariter uolens: dona omnia: in benignitate: habebantur. Igitur quæstori mandata Bocchi patefaciunt: simul ab eo petunt: uti

Marius interea. Cõmemorat strennuitatem & acrimoniam ipsius marii q semp aliqd moliebatur ad uincendũ hostẽ. unde cum exercitũ p hiberna cõposuisset. & ut dicũt distribuisset: ipse nõ est deditus ocio aut libidini: sed assumptis expeditis cohortibus & parte eqtatus profectus est ad turrí regiá expugnádá in qua thesauri eius pleriq; erant. Reliquit autem Syllá pro ꝑtore in hibernis. Ea aũt re a boccho itellecta ipe diffidens rebus suis & Iugurthinis legatos misit ut prius cõstituerat primũ ad mariũ deinde si placet romam ꝓfecturos. Ordo est. Marius interea dũ ea fierẽt p legatos & bocchũ: exercitu cõposito .i. postq̃ composuerat exercitũ in hibernis .i. in locis in quibus hyemá instátem transigerẽt ꝓficiscit̃ in loca sola .i. deserta & in solitudiné numidie: cũ cohortibus .i. parte peditũ. expeditis .i. leuis armature. qui expediti: idest onere armorum & sarcinarũ liberi ad iter accincti erát. & cõ perte equitatus. obsessum (supinũ est) turri regiá .i. regis iugurthe quo .i. i quá iugurtha imposuerat omnis ꝑfugas. præsidium: id pro præsidio & custodia. Tum rursus bocchus. Postq̃ bocchus audiuit marium obsidere uelle turri regiá diffidẽs rebus iugurthæ oratores ad mariũ illinc Romá si placeret mittẽdos mittit. In pricipio át qdá legunt fœliciter erga romãos. alii .s. Vñ uarius ẽ sensus: prior sic. Bocchꝰ rursus .i. iterũ tũ .i. tũc cũ marius turrí obsessum iret fœliciter sup. se habens erga romanos: qa nisi sic fecisset actũ fuisset fortassis de regno eius post captá numidiá. Posterior legendo: scilicet sensus est. Tũ bocchus rursus .s. idest scire licet cur id fecerit: qa existens erga .i. beniuolis in romanos: aut pro romanis. (Erga enim beniuolentiá dicit) seu .i. siue reputando quæ euenerát sibi duobus præliis: scilicet male pugnatis a mauris & numidis: seu monitus ab aliis amicis quos iugurtha reliq̃rat incorruptos: scilicet pecũia & donis aliis. delegit: .i. seorsum legit ex omni copia .i. multitudine necessariorum. quinque: scilicet necessarios: scilicet sanguine aut affinitate cõiũctos: quorũ & simul fides cognita: id ẽ perspecta sup. erat & ingenia erát ualidissima.

Iubet eos: scilicet quinq; ire legatos: idest oratores & caduceatores quos ambasiatores uocant: ad mariũ. & deinde si placeat. scilicet mario ire Romam & permittit sup. eis licentiam: idest liberam auctoritatem rerum agendarum: idest tractádarum & pacto componendarum: & belli cõponendi: idest finiendi. quocunq; modo .i. pacto interueniẽte. Illi: scilicet qnq; ꝓficiscuntur. mature .i. cito: cum maturitate tñ ad hyberna romanorũ: idest ubi rõani hyemem agebant. deinde ipsi circũuenti idest depræhensi & capti a latronibus: idest a latentibus prædatoribus getulis: idest in getulia ortis aut grassantibus. & spoliati scilicet uestibus & uiatico: profugiunt ad syllam existentes. pauidi idest adhuc pauentibus similes: & sine decore: idest ornatu aut apparatu legatis debito. quem: scilicet syllam: cõsul: scilicet marius proficiscens in expeditionem: idest expedientem obsessionẽ turris regiæ: reliquerat: scilicet in hybernis. pro prætore: idest loco prætoris ut derelictis imparaturet & ius diceret. Illæ: scilicet Sylla habuit hoc est: tractauit eos: scilicet mauros a boccho missos: non pro uanis: id est mendacibus & incõstátibꝰ hostibus uti .i. quẽadmodũ meriti erát. sed accurate: idest cum summa cura. & liberaliter hoc ẽ benefice. Qua re: idest per quam rem: barbari: scilicet mauri rati sunt. &: idest simul famam. auariciæ: idest quæ erat de auaricia Romanorum diffusa per iugurtham & eius populares. esse falsam. &: idest simul syllam esse amicum in: idest erga sese. ob munificentiam: idest collationem beneficiorum & munerum: quia ornamenta & uiaticum illis dono dedit. Nam largitio: idest captiosa donatio sine amicitia ad capiandum & inescandum facta: erat etiam: id est ad huc tum: idest tunc temporis ignota multis: scilicet credentibus neminem largiri: nisi idem amicus sit. Et nemo putabatur esse munificus: nisi pariter hoc: est simul esset uolens: idest beniuolus: & ita omnia: dona: habebantur: id est estimabantur. in benignitate: scilicet reponenda aut facta. Igitur patefaciunt: quæstori: scilicet Syllæ mandata hoc est commissiones bocchi: simul petunt ab eo: uti ad

Licentia

Largitio

sit sibi fautor & cōsultor .i. cōsiliator: & extollūt oratione copias: fidē: magnitudinē regis sui .s. bocchi: & alia quæ credebant esse utilia: aut beniuolentiæ: idest pertinere ad beniuolentiam. Dein .i. deinde sylla pollicito .i. postq̄ Sylla pollicitus erat & promiserat omnia: q: scilicet petiuerant: & docti: scilicet a Sylla quomodo facerent uerba

terea habendis. tres: scilicet ex eis (dicere potuisset: maurorum tres) profecti sunt romam cū Gneo Octauio Rufone: qui existens quæstor: idest receptor aut: ut uulgo dicunt argentarius publicus: portauerat in aphricam stipendium: idest mercedem militantiū & duo sup. eorum redeūt ad regem: scilicet bocchū

apud Marium. & item .i. similiter. apud senatum: scilicet Romanū si eum mitterentur a: Mario operiuntur: id est expectāt supple marium. ibidem: idest in hibernis utice apd̄ Syllam circiter quadraginta dies. Mari9 postquā infecto: idest non facto negocio. qd' id ē in quod intenderat .s. animum & profectionem suam uidelicet: ad expugnandam turrim regiā: rediit Cirtham: & hoc est simul factus ē certior de aduētu negatorum: & iubet illos & Syllam uenire ab utico. ubi hiberna erant. Sane proprio de loco propositionem dat. Itemq; id est & similiter adse uenire iubet Lucium belienum pratorē. p̄terea .i. p̄ter eum. iubet omnes senatorii ordinis .i. patritios sup. uenire ad se. undiq; .i. ex omni parte ubi hibernabant. quibuscum .i. cum quibus cognoscit .i. audit mandata bocchi. In quis: idest in q. bus: scilicet rebus: potestas eundi Romam fit: idest decernitur: legatis

fautor: consultorq; sibi adsit: copias: fidē: magnitudinē Regis sui: & alia: quæ aut utilia: aut beneuolētiæ esse credebant: oratione extollunt. Deīde Sylla omnia pollicito: docti quō apud Mariū: itē apud senatum uerba facerent circiter dies .xl. ibidē opperiuntur. Marius ubi confecto negocio: quo ītenderat: Circham rediit: de aduentu Legatorum certior factus: illos & Syllam ad se uticam uenire iubet: Item Luciū Belliginum prætorem: præterea omneis undiq; Senatorii ordinis: quibus cum mādata Bocchi cognoscit: quibus mandatis. Legatis potestas romā eundi: ab cōsule interea induciæ postulabant. Ea Syllæ: & plerisq; placuere pauci uero ferocius decernunt. s. ignari rerum humanarū: quæ fluxæ & mobiles sæpius in aduersa mutantur. Cæterū Mauri impetratis omnibus: tres Romam profecti sunt cum. C. Octauio Rufone: qui q̄stor stipendium in Africam portauerat. Duo ad Regē redeunt. Ex his bocchus cum cætera: tum maxime benignitatem & studiū Syllæ accepit. Romæ quoque Legatis eius postquam errasse Regē: & Iugurthæ scelere lapsum deprecati sunt: amicitiam & fœdus petentibus hoc modo respondet. Senatus: & Populus Ro. beneficii & iniuriæ memor eē solet. Cæterū Boccho: qm̄ pœnitet delicti: gratiam facit fœdus & amicitia dabuntur cum promeruerit.


Vibus rebus cognitis: Bocchus per litteras a Mario petiuit: ut Syllam ad se mitteret: cuius arbitratu de commūibus ne-

nunciaturi quæ acta essent: & inducias: agendas. Bocchus accepit: ex his: scilicet legatis duobus: ad se reuersis libens: id est libenter & cum uoluptate: cum cætera: idest cum ita sit q; cætera: tum maxime: scilicet uerum est. q; accepit libens benignitatē idest clementiam Syllæ qui i opibus & omnium egēis ita succurrit & studium: idest studiosum officium: ac fauorem Syllæ. Et respodetur romæ: scilicet a senatu: legatis eius: scilicet bocchi: petentibus fedus: & amicitias: scilicet populi romani postquā sunt depræcati (quidam textus habēt deplorati: sed non procedit cum deplorauerunt debeat dici) id ē præcibus ostendere: conati: regem: scilicet suum bocchum errasse: & ita non ulum maliuolentia: & lapsum: scilicet in errorem scelere: id est per scelestam iductionē: iugurthæ (Depræcari enim propriæ: est præcari ne culpa qui factum censeatur: aut Dep̄cari

gatis: scilicet bocchi eundi: idest ut eant Romam: & īducie: idest itermissiones belli postulantur interea: scilicet dum Romam proficiscuntur. ab consule: id est a mario concedendas. Ea: scilicet quæ postulabantur aut si legendum est hæ: scilicet inducie: placuere Syllæ & plerisq; idest plurimis aliis patritiis: pauci: scilicet ex patriciis decernunt ferocius: scilicet agendum: idest nihil de bello remittendum immo fortius instandum existentes ignari rerum humanarum: quæ fluxe .i. caduce seu deflučtes: & mobiles (quod quidam textus non habent) mutantur semper in aduersa: idest in deteriora (quia fortuna nullis est perpetuo bona) Cæterum: idest sed mauri omnibus rebus: scilicet quas peterent impetratis: scilicet a consilio: hoc est & potestate eundi romam: & induciis in-

ne quod fiat præcibus implorare (respondetur inquam hoc modo. Senatus & populus romanus solet esse memor beneficii & iniuriæ: cæterum facit: boccho gratiam: idest ueniam delicti: quoniam penitet: scilicet eum delicti: fedus: & amicitia dabuntur: scilicet ei cum meruerit: quasi dicatur nondum meruisse.


Vis rebus cognitis. Postquam bocchus ea quæ in senatu romano de se decreta erat: intellexerat: statim syllā a mario petiit ad se mitti ut cum eo de re commūi disceptaret q̄ rē mari9 ñ grauati fecit. & sylla utili legatiōe sūctus est: qa iugurthā dolo bocchi interceptū secū uictū reducet ad mariū: parū tñ absfuit qn i itinere ab Iugurtha caperet & qn i castris bocchi ab eo p̄deret.

gotiis consuleretur. Is missus cum præsidio equitum. atq; peditum: funditorũ: Baleariorum: præterea sagittarii: & cohors peligna cum uelitaribus armis: itineris properandi caussa: neq; his secus: atq; aliis armis aduersus tela hostiũ: quod: ea leuia sũt: muniti erãt. Sed in itinere quinto deniq; die uolux filius bocchi: repẽte in cãpis patẽtibus cũ mille nõ amplius equitibus sese ostendit: q temere & effuse cũtes: Syllæ: aliisq; oibus & numerũ ampliorẽ uero: & hostilẽ metũ efficiebãt. Igit̃ se quisq; expedire: arma atq; tela tẽtare: itẽdere: timor aliquantus: sed spes amplior: qppe uictoribus aduersum eos: quos sæpe uicerãt pugnaturis. Interim eqtes exploratũ p̃missi rẽ (uti erat) q̃etã nuntiãt. Volux adueniẽs q̃storẽ appellat: dicitq; se a patre Boccho obuiã illi simul: & præsidio missum. Deinde per eũ: & proximũ diem sine metu cõiuncti eunt. Postubi castra locata: & diei uesper erat: repẽte Maurus incerto uultu pauens: ad syllam accurrit: dicitq; sibi a speculatoribus cognitũ: Iugurthã haud p̃cul abesse: simul uti noctu clã secũ profugeret: rogat: atq; hortat̃. Ille animo feroci negat se toties fusum Numidam pertimescere: uirtuti suorum satis credere etiam si certa pestis adesset mansurum potius: quã perditis quos ducebat: turpi fuga: incertæ: ac forsitan post paulo interituræ morbo uitæ parceret. Vesp

Vnde uerum est illud quod a comico dicitur: præclarum facinus non fieri sine magno periculo. Et uidere est quam exigua sit apud mortalis fides. Nam iugurtha ab eoquem sibi præsidio delegerat traditus est. Ordo aut est. Quis. i. quibus rebus. s. actis & responsis romæ cognitis. s. a boccho: bocchus petiuit a Mario per litteras: uti. i. ut mitteret syllam ad se. Cuius. s. syllæ arbitratu. i. libero iudicio: consuleretur. i. consultaretur de negociis cõmũibus. i. ad communem utilitatem spectantibus. Is. s. Sylla missus supple est cũ præsidio. i. custodia equitum atq; peditũ. itẽ. i. & similiter funditorum & ballistariorum. i. emittentium e tormentis iacula aut lapides. Praeterea. i. p̃ter dictos iere. s. cum sylla: sagittari. i. qui utunt̃ arcu: & cohors peligna. i. latinorum: cum armis uelitaribus id est leuibus quibus uelites uti solent: causa itineris properãdi. i. festinandi. Neque erant muniti secus: id est aliter his. s. armis uelitaribus: atq; id est quam aliis armis: aduersum tela hostium q: id est quia: ea. s. tela illorum hostium sũt leuia: & ita quia nõ inferebãt magnam uim poterant aliis leuibus armis resistere. Sed uolux filius bocchi ostẽdit repẽte secum mille equitibus non amplius in itinere: deniq. i. tandem quinto die: scilicet postquam profecti fuerant: in campis patẽtibus id est planis: qui: scilicet equites uolucis euntes temere. i. sine ordine & effuse. i. dispersim efficiebant syllæ & aliis omnibus: scilicet Romanis: & idest simul numerum ampliorem: hoc est opinionem de ampliore numero quã de millenario: & metum hostilem hoc est qualem hostis subito uisus afferre solet. Igitur quisque: scilicet Romanorum: expedire. i. expediebat se: hoc ẽ reiiciebat impedimenta bellãdi: ut sarcinas aut uestes: & tentare hoc est tentabat. i. disponebant ad bellum experiendo quomodo eis uterentur arma: scilicet ad defensionem & tela ad inuasionem: intendere: idest intendebant: scilicet animos ad concursum timor sup. erat aliquantus id est satis magnus: sed spes supple erat amplior: quippe i idest utpote ipsis uictoribus & aduersum eos quos uicerant sæpe. Interim. i. dum se romãi sic ad pugnam accingerent equites. s. Romani præmissi exploratum: id est ad explorandũ an alicubi laterent insidiæ: nunciant. s. reuersi: rem quietam. i. tranquillam: uti: idest quemadmodum erat Volux filius bocchi: aduenies. s. ad romanos: appellat. i. seorsum uocat & nominat quæstorem. s. syllam & dicit se missum a boccho patre. s. suo obuiam illi: honorificentiæ uidelicet gratia: & simul dicit se missum illi præsidio. i. ad præsidium & defensionem: siquis forte hostium occurrerat. Deinde uolux & Sylla & comites utriusq; eunt cõiuncti per eum diem. s. quo uolux aduenerat & supple per diem proximum. i. proxime subsecutũ: sine metu: hoc est timore de occursu alicuius hostis. Et bene dicit per eum & p̃ximum diem: qa statim finito die iugurtha uisus metum intulit ut sequentia apertius docebũt. Post ubi castra locata. Commemorat ut uolux filius bocchi cognito interuentu iugurthæ trepidare ceperit: & totam manum romanorum cum sylla missorum: & timore & ira impleuerit ex eius rei nũcio dicens. Post. i. deinde ubi castra. s. syllæ locata sup. erant: & uesper. i. extrema pars diei erat: maurus. s. uolux accurrit repente ad syllam: pauens uultu incerto. i. uario ut est metuentibus: dicit cognitum. i. compertum sibi sup. esse a speculatoribus: idest per speculatores quos ad hoc emiserat: aliter uideretur conscius rei: sicut & nuoc habitus est: iugurtham abesse haud procul: scilicet ab eo loco ubi castra locauerat & simul rogat atq; hortatur: uti: idest ut Sylla profugeret secum clam: scilicet iugurtha: noctu: idest per noctem illã. Ille. s. sylla negat animo feroci. i. præ se ferente ferociã pertimescere numidam. s. iugurtham. q. d. hominem leuem & fugacem: fusum: idest profligatum & in fugam uersum totiens: & sup. dicebat se satis credere. i. cõfidere uirtuti: idest fortitudini suorum: scilicet militum: & dicebat se mansurum potius etiam si pestis: idest pernicies & mors certa: idest ineuitabilis adesset: idest potius quam parceret uite incerte: & forsitã interiture id est absumende paulopost: morbo: scilicet aliquo: & hoc proditis his quos ducebat. uidelicet comitibus suis.

Cæterum ab eodem monitus:uti noctu proficisce
retur:consilium ad probat:ac statim milites cœna
tos esse in castris:ignesq; creberrimos fieri. Deíde
prima uigilia silētio egredi iubet. Iáq; nocturno iti
nere fessis oībus: Sylla pariter cū ortu solis castra
metabatur:cum equites Mauri nuntiāt Iugurthā
circiter duum milliū interuallo:ante eos cōsedisse.
Quod postquā auditum est:tum uero ingens me-
tus nostros inuadit:credere se proditos a uoluce:
& insidiis circūuentos. Ac fuere qui dicerēt manu
uindicādū:neq; apud illū tantū scelus inultū relin
quēdū. At sylla:quāq̄ eadē existimabat:tamen ab
iniuria Maurū prohibet:suos hortatur:uti fortem
animū gererēt. Sæpe antea paucis strenuis aduer-
sus multitudinē bene pugnatū. Quāto sibi in præ
lio minus pepercissent:tanto tutiores fore. Nec de
cere quē manus armauerit:ab inermibus pedibus
auxilium petere. in maximo metu nudum & cæcū
corpus ad hostes uertere deinde uolucem:quoniā
hostilia faceret:Iouem maximū obtestatus: ut sce-
leris atq; perfidiæ bocchi testis adesset:castris abi-
re iubet. Ille lachrymás orare:ne ea crederet: nihil

Cæterum.i.sed ipse Sylla monitus ab eodem.s. uolu
ce Mauro:uti proficisceretur.i. discederet ab eo loco
noctu.i.per noctem:approbat consilium:scilicet eius
ac iubet statim milites cenatos.i.cena refectos:hoc est
cēatus ubi cenauerit(dicimus enim cœnaui & cenatus sum
prandi & pransus sum potaui & potus sum:iuraui &
iuratus sum. In qui-
bus tamen nōnulli di
scrimen non ab re uo-
lunt. Nam cenatus in-
quiunt pransus & po-
tus dici potest qui ab
alio accepit cenā pran
dium potum: cenauit
autem &cæ. qui sum-
psit de suo aut per se:
iurauit autem qui ul-
tro:iuratus est iura-
mento astrictus) esse
in castris & ignes fieri
quam creberrimos.i.
ualde crebros ut ho-
stes existimarent eos
uigilias agere & post
profectionē uisis igni-
bus adhuc illic eē. de
inde iubet egredi.s. e
castris prima uigilia:
idest prima noctis q̄ i
tris uigilias distingui
tur. ut etiam euangeli
um approbat sup. cū
silentio. Iamq;.i.& iam
omnibus fessis supra
metor existentibs: itinere no
cturno:sylla metaba-
tur. hoc est locabat ca
stra pariter cum ortu
solis.i.cum sol primum orire tur cum equites mauri
præmissi(ut uideretur a uoluce nunciant iugurtham
consedisse.i.cedem cepisse & castra locasse ante eos.s.
syllam & uolucem & eorum milites:interuallo.i. di
Circi- stentia circiter duum milium.s.passuum quæ a gal-
ter lis leuca dicitur. Circiter autem hic aduerbium est:
aut genitiuum regit ut tenus. nam duum milium ge-
nitiui sunt:sed reguntur potius ab interuallo. Quod
postquam est auditum.s.a Romanis:tum uero.i.ma-
xime tunc & quasi ad uerum : ingens metus inuadit
nostros.i.romanos:eo q̄ pauci erāt & se proditos cre
derent. unde addit. Credere.i.ipsi credebant se prodi
tos.i.porro extra super potentiam in manum hostilē
datos & traditos:& circunuentos.i.captos : insidiis.i.
per insidias:a uoluce.s.instructis: aut proditos a uo-
luce & circūuentos insidiis iugurthæ. Ac fuere.s.iter
Romanos qui dicerent uindicandum:id est uindictá
esse sumendam de uoluce:manu:id est ui per manū
illi illata:neq; tantum id est tam magnum & enorme
scelus relinquendum sup. esse id est debere relinqui
apud illum:uidelicet uolucem:inultum.i. impuni-
tum & sine ultione de eo sumenda. At Sylla &cæ. Syl
la inquit etiam opinabatur dolum uolucis interue-
nisse:prohibebat tamen eum ab iniuria ne quid con

tra ius gentium nondum comperta fraude pateretur
sicq; tandem cum eo per media iugurthæ castra ad
bocchum perueniet. Vnde ordo est. At:idest sed. Sylla
quáquam existimabat eadem uidelicet proditos Ro
manos a uoluce circumuentos insidiis(non autē uin-
dicandum esse quod aliis uidebatur:unde ad prio-
rem partem nō ad po
steriorem refertur)ta
men prohibet.i.defen
dit Maurum.s. uolu-
cem: ab iniuria : idest
ne patiatur iniuriam
.i.necem contra ius gē
tium. & hortatur suos
uti.i. ut gererent for-
tem animum. & supra
dicit pugnatum supra
esse ante ; idest prius
bene:idest fœliciter a
paucis strenuis ad-
uersus multitudinem
& dicit sup. q̄ quanto
minus pepercissent si
bi in prælio eos fore:
idest futuros esse:tan
to tutiores:neq; dice-
re quenquam qui ar-
mauerit manus supra
suas:petere auxilium
ab pedibus iermibus
quod faciūt qui fuga
salutem quærunt(&
est speciose dictum)
& sup. dicere uertere
corpus nudum : idest
inerme:cecum. i. non
habens respectum ad
tela instantia ad hostē
.i.contra hostem:& id in maximo metu:idest ubi ma
ximus esset metus : hoc est si in maximo metu decet
corpus inerme obiicere hosti: quanto magis armatū.
Cecum autem dicit:quando sine respectu per media
tela erumpit:quia una salus uictis nullam sperare sa
lutem sic autem fere exponitur hic locus:sed quia ne
gatio præposita utrunq; sequentium negare uidetur.
malim dicere:& neq; dicere uertere corpus nudum
.i. inerme abiectis armis:& cecum:idest non habens
respectum quo se præcipitet : ut faciunt fugientes in
maximo metu:quia lepores fugientes prospicere ne
gantur. Deinde Sylla obtestatus ; idest in testimoniū
uocans iouem maximum:idest summum deorum:
& qui fidelitatem & hospitalitatem curat. unde est iu
piter hospitibus nam te dare iura fatentur & cætera.
sup. Iupiter adesset testis sceleris atq; perfidie bocchi
iubet uolucem filium bocchi abire:idest decedere ca
stris:scilicet romanis:quoniam ageret hostilia: idest
quæ hostes solent. Ille: scilicet Volux lachrymás ora
re:idest orabat ne Sylla crederet ea:scilicet quæ dice
bantur:& sup. dicebat nihil esse factum dolo: scilicet
suo:ac magis:idest potius factum sup. id esse:callidi
tate iugurthæ uidelicet cui speculanti : idest per spe-
culatores aut exploratores scrutanti iter suum esset

dolo factum:ac magis calliditate Iugurthæ:cui uidelicet speculanti iter suum cognitum esset. Cæterum:quoniam ingentem multitudinem non haberet:& spes:opesq; eius oēs ex patre suo penderent:crederet illum nihil ausurum palam:cum ipse filius testis adesset. Quare optimum factu uideri sibi per media eius castra palam transire sese præmissis uel ibidem relictis Mauris:cum sylla solum ituꝝ. Ea res uti in tali negotio probata:ac statim profecti:quia deimprouiso accesserāt:dubio:atq; hesitāte Iugurtha:incolumes transeunt. Deinde paucis diebus quo ire intenderant:peruentum est.

VBi cum Boccho Numida quidam nomine Aspar multum & familiariter agebat:præmissus ab Iugurtha:postquam Syllam accitum audierat:orator & subdole speculatum Bocchi consilia ierat. Præterea Dabar Massagradæ filius ex gente Massinissæ:cæterum materno genere impar:Nam mater eius ex concubina orta erat:ob īgenii multa bona Mauro carus:acceptusq; quem Bocchus fidum Romanis multis antea tēpestatibus expertus:illico ad Syllā nūciatum mittit:paratū sese facere:quæ uellet:colloqo diem:locum:tēpus ipse deligeret. Cōsulta sese oīa cum illo integra habere. neu Iugurthæ Legatum ꝑtimesceret:accitū esse:quo res cōmunis licētius gereretur. Nā ab insidiis eius aliter caueri nequisse. Sed ego cōperior. Bocchum magis pūica fide:quam ob ea:quæ ꝑdicabat:simul Romāos & Numidā spe pacis detinuisse:Multūq; cū aīo suo uoluere solitū Iugurthā Romāis:an illi:Syllā traderet:libidinē aduersū nos:metū ꝓ nobis suasisse.

cognitum:idest exploratū. Cæterum:idest sed sup. dicebat quoniam iugurtha neq; haberet ingentē multitudinem:scilicet exercitus & spes & opes iugurthæ penderent ex patre suo:scilicet uolucis:hoc est Boccho:q sup. crederet illum:scilicet iugurtham nihil ausurum palam:idest māifeste contra inceptum bocchi cum ipse existens filius eius adesset testis. Quare sup. dicebat uideri optimum factu:idest ut har:trāsire per media castra eiꝰ:scilicet iugurthæ palam:idest manifeste:& dicebat sese iturum solum cum Sylla:& hoc mauris præmissis uel relictis ibidem apud romanos. Ea res:idest ut solus cum solo pertransiret castra syllæ probata ē .s.a Sylla:uti.i. quemadmodum:solet:scilicet formidolosum cōsilium probari in tali negocio:ī quo nullus certus patet exitꝰ. Ac ipsi duo profecti:id ē abeuntes statim transeunt incolumes.quia acciderat de improuiso:idest præter expectationem iugurthæ:& ita iugurtha dubio:atq; hesitante:idest dubitante quidnam ageret. An.i.utrosq; caperet:& ita patrem Volucis offenderet & cū romāis militibus manus cōsereret:quia uero simile est exploratum iuisse nonnullos quidnam syllæ accideret. Deinde peruentū ē sup.ab utrisq; paucis diebꝰ.i.itra paucos dies sup.illuc aut eo uidelicet ad bocchū regem quo itēderāt ire.

VBi cū boccho. Prosequitur reliqua ad exitum historiæ pertinentia. nam paulopost iugurtha uinctus tradetur syllæ. Ordo autem est. Quidam numida aspar nomine agebat ibi:idest illic aut tunc cum boccho:scilicet rege multum & familiariter:qui sup. præmissus a iugurtha postquam iugurtha:scilicet audierat syllam accitum:idest aduocatum ad bocchum ierat oratum .i.oratoris munere functurus & speculatum:idest exploraturus subdole consilia bocchi. Māro etiam sæpe relatiuum subaudit:ut urbs antiqua fuit tyrii tenuere coloni.subaudit quam. Præterea dabar filius massugradæ illius numidæ ex gente:idest genere massinisse:cæterum.idest sed:impar:idest iferior & ignobilior:genere materno:nam mater eius erat orta ex concubina:erat sup.charus & acceptus mauro:scilicet boccho ob:idest propter ingentia facta sup.ipsius quem bocchus expertus antea multis tempestatibus fidum:mittit ilico ad syllam nunciatum:idest ut ei nunciet sese.idest seipsum mittētem:scilicet bocchum paratum sup. esse facere quæ popu. roma.uellet & supra ut ipse sylla diligeret .i.de multis legeret & cōstitueret colloquio:idest ad habendū colloquium:diem:locū:& tempus:scilicet diei hoc ē horam:sed fortassis tūc horaria mauri non habebant:& supra dicebat sese habere cōsulto:idest ex cōsilio & industria omnia integra:idest de integro tractanda:& nihil tractatum aut trāsactum esse cum aspare legato iugurthæ cū illo:scilicet sylla:neu .i.neue.i.uel dixit ne sylla pertimesceret legatum iugurthæ uidelicet asparem:q id est quia ipse esset aduocatus eo:idest propterea quo id est ideo ut res communis id est commoditas utrorumq;:scilicet Romanorum bocchi gereretur:licētius id est audētius & cum permissione maiore. Nam supple dicebat se supple nequiuisse:idest q nequiuisset cauere id est prospicere sibi ab insidiis eius:scilicet iugurthæ:nisi uidelicet ipse illi contra insidias per dissimulationem tenderet:unde ut innuit sic ars deluditur arte. Sed ego inquit Salustius:comperio bocchum detinuisse:scilicet apud se numidam:scilicet asparem legatum iugurthæ & romanos simul:scilicet spe id est in spe:pacis:scilicet incunde:magis fide punica id est subdola & dolosa:quā ob ea quæ prædicabat id est quæ aperte romanis dicebat:& sup.ipsum solitum uoluere id est agitare & dispicere multum cum animo suo:idest secum & proprio consilio:an traderet romanis iugur

tham:an illi:scilicet iugurthæ syllam:& cõperio sup. libidinem id est malam uoluntatem quam bocchus habebat.suasisse aduersum nos:scilicet ut syllam traderet & metum a populo romano:suasisse pro nobis ut iugurtham traderet. Igitur sylla respondit se locuturum:uidelicet quæ ad ea quæ inter se agerent conducere uiderent:

terea dabat ille de genere Massinissæ:uir sanctus.i.in corruptus:aut sanctus:idest sanctius & dictus ex sententia utriusq;:iurat ambobus ex sentētia:idest q corum uoluntas fideliter interpretaretur. unde patet eum scisse latinæ: forte q in aula paterna cum pater esset socius Romani imperii etiam latinæ loquæbantur.

pauca:scilicet uerba: & ea coram aspare:& respõdit se locuturum cætera occulte aut nullo præsente aut quã paucissimis supple præsentibus: simul edocet quæ responderentur: idest deberent sibi responderi coram aspare a boccho. Postquam congressi supra sunt bocchus & Sylla: sicuti sylla uoluerat.i. diem & horam statuerat: dicit seuēisse a cõsule: scilicet mario: q̄sitũ ab eo an foret agitaturus pacem an bellum. Tum rex & cætera. Prosequitur responsum Bocchi ex Syllæ consilio datum. Nam dictum est simul edocet quæ sibi responderentur. Vnde ex eo responso datur iugurthæ spes pacis:& bocchus adhuc in fide cũ iugurtha mansisse uidetur: simulq; datur syllæ occasio de rebus suis liberius consulēdi. Ordo est. Tum.i. tunc audita petitione Syllæ rex:scilicet bocchus:iubet(uti id est quemadmodum fuerat præceptum:scilicet a Sylla qui docuerat quid sibi respõderetur:ut iam dixi)sup. Syllam redire post diem decimum:more suo loquitur auctor. Nam alii dicerent: decimo die post. At id est sed dicebat:aut ac: idest simul dicebat sup. se nihil decreuisse etiam : id est adhuc:sed responsurum illo die ; scilicet decimo post. Deinde ambo supra sunt digressi ad castra sua : quia & bocchus illic castra habeb.it.

Igitur Syllam pauca se coram Aspare locuturum. Cætera occulte:aut nullo:aut quãpaucissimis præsentibus:simul edocet:quæ responderentur. Postquam sicuti uoluerant:congressi:dicit se missum a cõsule uenisse quæsitum ab eo:pacem: an bellum agitaturus foret. Tunc Rex:uti præceptum fuerat post diem decimum redire iubet:ac nihil etiã nunc decreuisse:sed illo die responsurum. Deinde ambo in sua castra digressi.

Ed ubi(plerunq; noctis processit)Sylla a Boccho occulte accersitur:ab utroque tantummodo fidi interpraetes adhibentur. Præterea Dadar internuntius:sanctus uir iurat ex sententia amborum:ac statim sic rex incipit. Nunquam ego ratus fore:uti rex maximus in hac terra:& omnium: quos noui opulentissimus priuato homini gratiam deberem:& me Hercule Sylla ante cognitum multis orantibus aliis ultro egomet opem tuli:nullius indigui:id immutatum:q̄d cæteri dolere solent:ego lætor:fuerit mihi pretium aliquãdo eguisse tuæ amicitiæ:qua apud animum meum nihil carius habeo. Id adeo experiri licet arma:uiros:pecuniam:postremo quicquid animo libet:sume:utere:& quoad uiues:nunquã tibi redditã gratiã putaueris:semper apud me integra erit.

At rex:scilicet bocchus statim incepit loqui sic.i.in hunc modum. Ego nonquam ratus sum fore id est futurum esse aliquando uti id est ut supple ego Rex maximus in hac terra & opulentissimus:idest duilsims omniũ quos:noui deberem gratiam : scilicet referendam homini priuato. i. qui non esset rex nec imperator:qualis erat Sylla: & o Sylla me hercle: scilicet ita iudicantes ut uerum dico:ego ante te cognitum id est priusquam cognoscerē te:egomet tali multis orantibus id est p̄cantibus opem id est auxilium & tuli opem aliis:scilicet non orantibus: indigentibus tamen:ultro: idest ut dicunt nõ requisitus nec oratus seu rogatus: & indigui nollius: scilicet ope aut hominis: quia indi[illegible]eo genitiuum ut ablatiuum regit. Et ego letor id esse imminutum : scilicet q non feram alii auxilium:sed petam id ab aliis quod cæteri solent dolere id est dolenter ferre. Nam doleo casum tuum : & dolet mihi casus tuus dicimus:non tamen dicet orator doleo caput:sed caput mihi dolet. Hæc autē omnia dicit ad captandam beniuolētiam syllæ: unde addit causam dicti. Eguisse:scilicet auxilio alterius aliquando:fuerit:idest uolo ut sit mihi precium.i. merces aut recõpensatio tuæ amicitiæ : hoc ē pro dispendio egestatis:quia rex coactus sum egere:depoto mihi p̄ciũ cõdignũ amicitiã tuam quã per egestatē meam perspectã habeo & quã nihil charius habeo apud animum meum.q.d.in præcordiis meis. Licet supra tibi adeo:idest omnino experiri id:an:scilicet uerum dicam:& an tanti faciam amicitiam tuã:sume .i. per te capere & utere:ut utor etiam accusatiuo iungatur: aut dicamus diuisim: sume arma uiros : pecuniam: postremo:idest deniq;:ut simul omnia dicam quicquid libet animo:scilicet tuo:& utere sup. eis:& putaueris:idest estimaueris gratiam:scilicet debitam tibi

Ed ubi. Hic incipiunt tractari negocia de prodendo iugurtha facta coitione nocturna Syllæ cum rege. Vnde dicit. Sed ubi id est postquam plerũq; id est plurima pars noctis processit:sylla accersitur id est aduocatur occulte a boccho:tantummodo interpraetes id est non aliis quam qui sermones utriusq; interpretarentur. Nãneq; bocchus latinæ:neq; Sylla getulisse aut maurice sciebat fidi id est fideles adhibentur: scilicet ad colloquiũ:ab utroq;:scilicet a Sylla & a Boccho. Præ

doleo cú accusatiuo

a me nunquam redditam sup. esse tibi a me quoad .i.
donec uiues: sed gratia sup. semper apud me integra:
idest ex integro reddenda habebitur in animo meo.
Est autem putaueris hic cōcessiui modi. nam forma
coniunctiui seu subiunctiui modi sæpe cōcessiue po-
nitur: ut Eneidos .x. Neq; illos iuueris. Denique nihil
me sciente & cætera.

nō habiturum quod antiquæ dicitur. Nam ut Aulus
Gellius late docet antiqui utebantur futuris in rum
pro infinitiuis indeclinabiliter & sine numeri aut ge-
neris discretione: sicut nos supinis utimur: sunt tamē
qui habituros legant: sed Pomponius letus unicus an
tiquitatis amator habiturum legit) pro non habitu-
ros i gratiam: idest ut Habiturū

Deniq; nihil frustra uoles: me sciēte. Nam: ut ego
existimo: Regem armis: quam munificentia uinci
minus flagitiosum. Cæterum de Republi. uestra:
cuius huc curator missus es: paucis accipe. Bellum
Populo Romano nunquam paraui: neq; factum
uolui. Fines meos aduersum armatos: armis tuta-
tus sum. Id omitto: quando uobis ita placet. Geri
te uti uultis cum Iugurtha bellum. Ego flumen
Mulucham: quod inter me & Micipsam fuit: non
egrediar: neq; intrare Iugurtham sinam. Præterea
si quid me: uobisque dignum petieris: haud repul
sus abibis. Ad ea Sylla pro se breuiter & modice:
de pace: & de communibus rebus multis disser-
uit. Deniq; regi patefecit: quod polliceatur: Sena
tum & populum Romanum quoniam amplius ar
mis ualuissent: non in gratia habituros faciēdum
aliquid: quod illorum magis: quā sua retulisse ui-
deretur: id adeo in promptu esse: quoniam Iugur-
thæ copiam haberet: quem si romanis tradidisset:
fore ut illi plurimum deberetur: amicitiam: fœdus
Numidiæ partem: quam nunc peteret: tunc ultro
aduenturam. Rex primum negare affinitatem: co-
gnationem: præterea fœdus interuenisse. ad hoc me
tuere: ne fluxa fide usus: popularium animos auer
teret: quis & Iugurtha carus: & Romāi inuisi erāt.

Prosequitur orationē
suam Bocchus beni-
uolentiæ plenam quā
per interpratē ad Syl
lam habuit dicēs. De
niq; : idest ut tandem
uno uerbo concludā:
o Sylla: tu nihil uoles
frustra: idest nequic-
quam sine obtentione
me sciente: idest quid
sciam te uelle. Nam ut
ego existimo: idest iu
dico minus flagitio-
sum: idest turpe factū
& increpatione dignū
est regem uinci: scili-
cet ab aliquo armis q̄
munificentia. Cæte-
rum accipe: idest in-
tellige mentem meā:
de republica uestra:
hoc est romana: cuius
procurator: idest ut
dicam solicitator: &
promotor: tu missus
es a mario huc: idest
a me. Ego neq; feci: ne
que uolui unquam fa
ctum esse bellum po-
pulo romāo: sed sup.
tutatus sum fines me
os: idest regni mei: ad
uersum armatos qua-
si dicat non habens re
spectum quicunq; illi essent. Ego omitto: scilicet de-
inceps tutari fines meos: quoniam ita placet uobis ut
.s. ab armis discedam. Gerite bellum cum iugurtha:
idest contra iugurtham: uti: idest quemadmodū uul
tis: ego non egrediar flumen Mulucham: scilicet no-
mine: quod: scilicet flumē fuit inter me & micipsam:
idest diremit utriusq; regnum dum ille uiueret. Neq;
sinam iugurtham intrare id: scilicet flumen & ita fi-
nes regni mei. Præterea si tu o Sylla petiueris quicq̄
dignum me: idest quod sine dedecore facere possem
aut uobis: idest quod decenter petere possetis: abibis
haud: idest non repulsus: immo uoti compos. Sylla
disseruit: idest diserte respondit: ad ea: scilicet uerba
bocchi pro se: idest pro ea parte quæ respiciebat com
modum priuatum & beniuolentiam quam bocchus
ostendebat: breuiter & modice; quasi dicat parce &
modeste: & disseruit de pace & de rebus communi-
bus: multis sup. uerbis. Deniq; patefecit regi senatum
& populum romanum (quoniam ualuissent ampli-
us armis: idest quoniam potentiores in bello fuissent

rem gratam id quod
bocchus polliceatur.
scilicet se discedere ab
armis cum uictus es-
set & rebus iugurthæ
diffideret: quem lo-
cum cōmentarius nō
intellexit. Et sup. dicit
& patefacit si uelit po
polo roma. rem gra-
tam facere: faciēdum
sup. eē aliquid quod
uideretur magis retu
lisse: idest magis perti
nuisse ad commodū
illorum: scilicet roma
norum: quam sua: sci
licet bocchi; quasi di-
cat q̄ iam ab armis de
sistat plus esse ad uti-
litatem bocchi iam se
re uicti quam roma-
norum pro uictores
erant. Sane q̄ hic di-
uersos casus copulat:
quia retulisse eos re-
git: scilicet illorum &
sua. Et dicebat id: sci-
licet quod uideatur
retulisse magis roma
norum quam bocchi:
quod faciendū sit boc
cho esse in promptu:
idest facile factu & in
manibus eius: quoniā
haberet copiam: idest plenam potestatem iugurthæ:
quem si tradidisset romanis: dicebat supple fore. i.
futurum esse: ut plurimū deberetur illi: scilicet Boc
cho a populo romano. & fœdus cum populo roma- Nunc
no: amicitiam populi romani & partē numidiæ quā
peteret nunc: idest pro eo tempore (ubi nunc ponitur
pro tunc: quod Valla adnotauit) aduenturam tunc. s.
cum iugurtham tradiderit: ultro: idest etiam si non
requireret. Est autem zeugma fœdus amicitiā & par-
tem Numidiæ aduenturam. Rex primo. Postquam
sylla ostendit facillimam uiam ad amicitiam inueni-
endam boccho cum romanis esse per traditionem iu-
gurthæ. Rex inquit uidelicet bocchus negare: idest
negabat: scilicet se id posse facere agitare: idest agita-
bat: id est more actorum pro causa adducebat & ex-
cusabat. cognationem: quia ex eodem genere oriundi
erant: & affinitatem: quia unam ex filiabus iugurthæ
duxerat: præterea: idest insuper fœdus interuenisse:
scilicet inter ipsum & iugurtham: quod quidem per
cutiebatur cum obtestatione deorum & sui maledi-

Deniq; sæpius fatigatus leniter ex uoluntate Syl-
læ omnia se facturum promittit. Cæterum ad si-
mulandam pacem, cuius Numida defessus bello
auidissimus erat: quæ utilia uisa: constituunt. Ita
composito dolo digrediuntur. At rex postero die
Asparem Iugurthæ legatum appellat: dicitq; sibi
per Dabarem ex Sylla cognitum: posse conditio-
nibus bellum componi. Quãobrem regis sui sen-
tentiam exquireret, ille lætus in castra Iugurthæ
uenit. Deinde ab illo cuncta edoctus: properato
itinere: post diem octauum redit ad Bocchum: &
ei nunciat Iugurthám cupere omnia: quæ impera
rentur: facere: sed Mario parum confidere. Sæ-
pe antea cum imperatoribus Romanis pacem con
uentam frustra fuisse. Cæterum Bocchus: si ambo
bus consultum: & ratam pacem uellet: daret ope
ram: ut una ab omnibus: quasi de pace in colloqui
um ueniretur. Ibiq; sibi Syllam traderet: cum talẽ
uirum in potestaté habuisset: tum fore: uti iussu se
nátus: aut populi Ro. fœdus fieret: neq; hominẽ
nobilẽ nõ sua ignauia: sed ob rẽpub. in hostiũ pote
state relictum iri. Hæc Maurus secum ipse diu uol-
uens: tandẽ promisit. Cæterũ dolo: an uero cõcta-
tus: parũ cõperimus. sed plerũq; regiæ uolũtates:
ut uehemẽtes: sic mobiles: sæpe ipsæ sibi aduersæ.

ctione si non seruarent. dicebant enim ita fede me per
cutiat magnus iupiter ut fede hunc porcum macto si
pacta federis non seruauero. Ad hoc: idest insuper di
cebat supple se metuere: ne ipse usus id est si uteretur
fide fluxa id est mobili & inconstanti id est si fidem
non seruaret: auerteret: scilicet a se: & ita ad indigna-
tionem & uindictam
impellere: animos po
pularium: idest fauto
rum & necessariorũ
suorũ quis: idest qui-
bus popularibus: &.i.
simul iugurtha: erat
charus. quia dictum
est q p legationes plu
rimos corruperat: &
Romani erant inuisi:
quia credebát eos aua
rissimos. Deniq;: idest
tandem bocchus fati
gatus. idest solicitatus
a sylla ad fatigationẽ
usq; lenitur: idest fle-
ctitur & mitigatur &
promittit se facturum
omnia ex uolũtate syl
læ. Cæterum ipsi con-
stituunt idest compo
sito ex industria ordi-
nant ea sup. quæ sunt
uisa utilia ad simulan
dum pacem: scilicet
ineundam: cuius: scili
cet pacis numida: scili
cet iugurtha: defessus
.i. usq; ad extremum
defatigatus bello. erat
auidissimus id est cu-
pidissimus: & ita di-
greditur. dolo compo
sito: idest cõstituto in-
ter eos ad tradendum
iugurtham. At: idest sed rex. scilicet bocchus appel-
lat die postero: idest proxime sequenti. hoc est po-
stridie eius diei asparem legatum iugurthæ: dixitq;
sibi cognitum ex sylla per dabarem: idest per inter-
pretationem dabarís sanctissimi uiri bellum posse
componi: idest finiri & concordari: conditionibus.i.
pactionibus certis: quamobrem sup. dicit: aut iubet:
ut sup. aspar exquireret: idest rimaretur sententiam
regis sui: scilicet iugurthæ. Ille: scilicet aspar profici-
scitur letus in castra iugurthæ deide ipse edoctus ab
illo: scilicet iugurtha: cuncta quæ agitare deberet: re-
dit ad bocchum itinere properato: idest accelerato. re
dit dico post diem octauum: idest octauo die postq̃
abierat. Et est ut dixi locutio salustiana: & nunciat ei:
scilicet boccho iugurtham capere: facere omnia quæ
imperarentur: sed supple nunciat iugurtham cõfide-
re parum mario: & supple nunciat iugurtham dicere
pacem fuisse sæpe conuentam: idest pactam initam
frustra cum imperatoribus romanis: ut cum calphur
nio bestia: & aulo fratre Albini consulis: namq; sena-
tus utranq; pacem rescidit & irritam cẽsuit: ut uisum
est. item cum Metello: sed eam ipse iugurtha irritam
fecerat. Cæterum si bocchus uellet consultum: idest
bene prospectum esse ambobus: scilicet ipsis: & pa-
cem ratam: idest stabilem: daret operam ut conueni-
retur in colloquium: una: idest simul: quasi de pace:
scilicet locuturi sint:
& traderet sibi ibi syl-
lam. unde patet q in-
cidit in foueam quam
fecit: & dicebat cum.i.
postquam habuisset
in potestate talem ui-
rum: scilicet Syllam
fore: tum: idest tunc:
uti: idest ut fedus fie-
ret iussu senatus ac po
puli Romani: & dice-
bat neq; hominem no
bilem: scilicet syllam
captum non sua igna-
uia: sed ob rempubli-
cam relictum iri.i. re-
linquendum esse a se-
natu in potestate hosti
um. Hæc Maurus se-
cum & cætera. Vbiq;
inducit bocchum mi-
nus fidum popu. Ro-
ma. sed metu potius q̃
fauore in uota Syllæ
concessisse & iugur-
tham dolo circumuen
tũ illi tradidisse. Vn-
de dicit Maurus ipse:
scilicet Bocchus Rex
Maurorum (libẽtius
autem Maurus dixit
quam bocchus: quia
uis est in eo q Mau-
rus erat: sunt eni mau
ri ut numide inconstã
ti fide: non in eo q bocchus nominatus) uoluẽs: idest
agitans & discutiens secum: idest in animo suo sine ar
bitris: diu hæc: scilicet dicta asparis ex mandato iu-
gurthe: promisit tandem se: scilicet facturum: idest
Syllam iugurthæ traditurum. Cæterum: idest sed
nos parum comperimus: idest compertum & ex-
ploratum non satis habemus: an: scilicet Bocchus
sit cunctatus: idest immoratus ut dubius quid re-
sponderet: dolo: idest per dolum aspari & per eum
iugurthæ maiorem spem faceret (Si enim statim con
cessisset uideri potuisset id non facturus ubi diffi-
cultatem rei cognosceret: aut ideo promittere ut pa
ctum cum Sylla celaret) an in re: idest de facto & in
rei ueritate: ut dicunt. alii legunt an uere: scilicet sit
cunctatus: sed uoluntates regie: idest regum: ut.i.
quemadmodum supple sunt uehementes: plerũq;:
idest frequenter: sic supple sunt mobiles: idest in-
constantes: & ipse id est ipsemet uoluntates regum
sunt sepe aduerse: idest contrarie sibi: scilicet ipsis:
ita ut quod prius placuit postea displiceat.

Postea tempore & loco constituto in colloquium uti de pace ueniretur: Bocchus Syllam modo: modo Iugurthæ legatum appellare: benigne habere. Idem ambobus polliceri. Illi læti pariter: ac bonæ spei esse pleni. Sed nocte ea: quæ proxima fuit ante diem colloquio decretũ: Maurus adhibitis amicis: ac statim immutata uoluntate: remotis cæteris dicitur secum ipse multa agitauisse uultu: colore: ac motu corporis: pariter: atq; animo uarius: quæ scilicet: tacente ipso occulta oris immutatione patefecisse: tamẽ postremo Syllam accersiri iubet: & ex eius sententia Numidæ insidias tendit. Deinde ubi dies aduẽit & ei nũtiatũ ẽ Iugurthã haud ꝓcul abesse: cũ paucis amicis & q̃stor nr̃o: q̃si obuiᵒ honoris caussa ꝓcedit i tumulũ facillimũ uisu isidiãtibus. Eodẽ Nũida cũ plerisq; necessariis suis inermis uti dictum erat accedit. Ac statim signo dato: undiq; simul ex isidiis inuaditur. Cæteri obtruncati. Iugurtha syllæ uinctus traditur & ab eo ad Marium deductus est.



P Et idem tẽpus aduersum Gallos abducibus nostris. Q. Cepione: & M. Manlio male pugnatum. Quo metu Italia ois cõtremuerat: illiq; & inde usq; ad nostram memoriã

Postea: idest deinde bocchus appellare: idest appellabat: modo: idest interdum syllam: modo: idest interdum legatum: iugurthæ: uidelicet asparem: i colloquium uti: idest ut conueniretur: idest concordia fieret & consensio inter eos de pace: & hoc tempore: & loco constituto: scilicet utrisq;: & habere: idest habebat: hoc ẽ tractabat benigne supple ãbos: & polliceri: id ẽ pollicebatur tradere iugurtham & iugurthæ legato tradere syllã. Roges quomodo ego idẽ sed scies idem non numero: sed speciæ. hoc est quod uterq; optabat: aut qđ utriq; pollicitus erat: aut idem idest traditionem: sed non eiusdem. Illi: scilicet tam sylla q̃: Aspar esse: idest erant leti pariter: idest pariformiter: ac pleni bone spei: quia de exitu optabo belli. sed Maurus: scilicet Bocchus amicis adhibitis. s. ad consilium: ac stati: id est paulopost cæteris: scilicet omnibus amotis a se: & hoc uolũtate mutata dicit agitauisse multa secum: idest cum se solo i animo suo ea nocte quæ fuit proxima idest proxime præcedens: ante diem decretum: idest cõstitutum collogo. i. ad colloqũ habendum dum sylla dr̃ dico agitauisse existẽs uaris uultu ac motu corporis: pariter. i. pifomiter: atq; aio. i. sicut animũ uariũ ita & corpis motũ hẽbat uariũ. i. icõstantẽ: q̃s. occulta. s. secreta pectoris ipso tacente: idest non iudicãte: patefecit; scilicet ipse maurus patefecit imutatione oris: idest uultus. Tamen: idest q̃q̃ uarius: iubet postremo syllam accersiri: idest uocari ad se & tẽdit numide: scilicet iugurthæ insidias: ex sententia: idest uoluntate & arbitrio eius. s. syllæ: quia sciebat quod Sylla prodito marius: ac senatus non desisteret prodito autem iugurtha nullum fore ultorem: & ita metu uictus Syllæ concessit. Deinde: id est postquam dies addicta colloquio habendo aduenit: & nunciatum est ei: scilicet boccho: iugurtham esse haud: longe: ipse bocchus procedit obuius: scilicet iugurthæ cum paucis amicis & cum quæstore nostro: id ẽ Romano: scilicet sylla; quasi causa honoris: idest honorificentie: in tumultum: idest collem facillimum uisu. idest ut uideatur insidiantibus. Numida: scilicet iugurtha accedit eodem: idest ad eũdem tumulum cum plerisque necessariis suis: cum quibus de pace ageretur: existens inermis: uti: idest ueluti erat dictum: idest constitutum: ac statim: idest paulopost signo dato: scilicet a boccho: aut sylla inuaditur undique: idest ex omni parte simul ex isidiis: iugurtha traditur uinctus syllæ & deductus est ab eo ad marium & cæteri obtruncati sup. sunt.

Accersiri Vide an sit accersi

P Et idem tempus. Interponit digressionem: non ineptam alterius: belli propterea q̧ eodem tempore contigit: simulq; candide attestatur gloriam militarem in gallis ea tempestate fuisse: & romanos impatores ab eis uictos: unde etiã prius dicit gloria belli gallos ante Romanos fuisse. Et Iustinus attestatur nullum bellum: olim feliciter gestum sine gallo milite: Pugnatum autem fuerat male a Quinto cepione & Caio Manlio: ut in fine huius particule latius explicabo. similque de iugurthæ exitu uitæ. Ordo autẽ est. Pugnatum est male: idest in feliciter: & cum malo pugnantiũ per idem tempus. scilicet quo bellum iugurthinum gerebat i numidia: ab ducibus nostris: idest Romãis scilicet ab Quinto cæpione. & C. Manlio ꝓ consulibus. Quidam ãt legunt. Publico Scipione: sed male. Vnde Lucius florus in epitomatis liuianis i libro sexagesimoseptimo. Caius Aurelius scaurus fuso exercitu a cymbris captus est: & cũ in consiliũ ab iis uocatus: deterreret eos; ne alpes transirent: italiam perituri: eo quod diceret: Romanos uinci minime posse: a Bolo rege feroci iuuene: occisus est. Ab iisdem hostibus: Caius: Manlius: & Quintus Seruilius Cæpio: proconsules uicti: prælio: castrisque binis: exuti sunt octoginta milia: militum: occisa calonum: ac lixarum quadraginta milia: secundum Populi Romani iussionem: Cæptionis: cuius temeritate: clades accepta: erat damnat bona: publicata sunt: primoque post regem: Tarquinum: Imperium ei abrogatum: In triumpho: Caii Marii: ductus ante: currum eius iugurtha: cum duobus filiis: & in carcere: necatus. Marius triumphali ueste in senatum uenit: quod nemo ante eum fecerat: eiq; ꝑꝑ cymbrici belli metum cõtinuatus per complures annos magistratus est consulatu secundo & Tertio absens consul creatus: quartum dissimulantur captas consecutus est Cymbri uastatis omnibus quæ circa rhodanum & Pyrenæum sunt per Saltum in Hispaniam

Iugurthæ exitus

tranſgreſſi:ibiq; multa loca populati:a celtebris ſugati ſunt:reuerſiq; in galliam bellicoſis quidem ſe teutonis coniunxerunt. Et in librum ſequentem. Antonius prætor in ſicilia maritimos prædones perſecutus eſt. Caius Marius conſul ſumma ui oppugnata a teutonis & ambronibus caſtra deſendit. duobus deinde p̄liis circa aquas ſeſtias eos hoſtes deleuit: in quibus cæſa tradūtur hoſtium ducenta milia:capta nonaginta. Marius abſens Quintum conſul creatus ē triumphum oblatum donec Cymbros uinceret diſtulit. Cymbri repulſo ab alpibus fugatoq; Quinto Catulo proconſule qui ſauces alpium obſederat ad flumen athesim caſtellum editum inſederat reliqueratq; ubi uirtute ſua: explicata fugientem procōſulem exercitumq; proſecuti ī italiam traieciſſent:iūctis eiuſdē Catuli.v.C. Marii exercitibus prælio uicti ſunt ab eis ī quo cæſa traduntur hominum centum.xl.milia:capta ſexaginta. Marius totius ciuitatis conſenſu receptus pro duob9 triūphis q offerebant uno cōtētus fuit. Primores ciuitatis qui aliq̄tulum ut nouo homini ad tantos honores euecto inuiderant: cōſeruatam ab eo rēpublicam fatebantur. Hæc illic. Quia uero e gallis præfecti erant eos gallos cenſet. Quo metu omnis:ideſt tota Italia:id ē populus. Italiæ contremuerat. Et illi qui tunc uiuebāt: & deinde omnes Romani uſq; ad noſtram memoriam:habuēre:ſcilicet opinionem:ideſt cenſuerūt ſic:omnia alia eſſe.prona:ideſt obediētia & facilia uictu uirtuti ſue & certare:ideſt certandum eſſe cum gallis pro ſalute:ſcilicet ſeruata defendendo ſe:non pro gloria:ſcilicet quærenda per inuaſionem.

Romani:ſic habuere: alia omnia uirtuti ſuæ ꝓna eſſe:cum Gallis pro ſalute:non ꝓ gloria certare.

Sed poſtquam bellum in Numidia confectum: & Iugurtham Romam uinctū adduci nūtiatum eſt: Marius conſul abſens factus eſt: & ei decreta prouincia Gallia. Iſq; calēdis Ianuariis magna gloria conſul triumphauit:ea tēpeſtate ſpes: atq; opes ciuitatis ī illo ſitæ.

FINIS.

Sed poſtq̄. Redit ad hiſtoriam ceptā. Sed poſtq̄ nunciatum eſt bellum confectum:i. finitum eſſe in numidia & iugurthā adduci uinctum romā:marius eſt factus.ſ.ſecundum conſul abſens & gallia prouīcia eſt decreta.i.decreto addita ei. Iſq.ſ.marius triumphauit calēdis Ianuarii ſupple cū magna gloria:ut iā ex floro recitauimus. Et ſpes atq; opes ciuitatis.ſ.romane:ſite.i.poſite ſeu locate erant in illo.ſ.mario.ex ea tempeſtate.i.poſt eā tempeſtatē qa uictis cimbris. Tertium Romæ conditorem Marium Populus Romāus appellabat. ut auctor ē Plutar. Actū ſi gdēde imperio: fuiſſet niſi. Marius illi ſeculo contigiſſet. De morte iugurthæ inueni æpigramma ſequens in quo obiiſſe dicitur in carcere: ſed putem: necatum fuiſſe:ut de Lentulo:& ſociis coniurationis uiſum eſt.nam id florus quoque atteſtatur.

FINIS.

aa	Nos habemus	Iugurthæ	B
Prima alba	nem clemens	i	Marcum
Conſul	e	Cui.ſcilicet	Illuſtrantur
a	Iodoci	Aut formidine	tibi proximis
Omnes homines	tes animi	Et ita	moriam
animi:	ſe erat	regie	C
inculti	ut cognoſcantur	k	Erumperet:
A quo incepto	f	inter inuidos	Vnaque
b	propinquo ſuo	Et profecto	A principibus
quorum	Non enim	potent	tem fuiſſe
Nam quicūq;	Res:ideſt	Metellus	D
gre per	geratur:&	l	Sequitur
gebant	g	Cæterum marius	cauillantis
c	& pollens	Sed quia	hoc corpus
Ad hoc	Poſtremo:ideſt	regant:ut	tam immoderata
arma:ſed	Ad hoc	Marius	E
Cum ego	rendi malebat	A	Tu Cri.
ſed poſtq̄	h	Si quid	ſe:quod
d	Qui peterent	faces:	Nam qui
Equidem	pertingens	& occaſionem	men:ideſt
ti & exercitum	mille peditum	Minime	in italiam 9 13 ca.3

¶ Explicit Cathilinarum & Iugurthinum bellum Criſpi Saluſtii accurate nunc primum caſtigatum: diligētiſſimiſq; Impreſſum Venetiis per Bartholomeum De Zannis de Porteſio Anno Dñi.M.D.XIII.



ASCē
sius



Iquid pcibus &c. Hæc declamatio Portii latronis in genere iuridiciali nimiꝗ uersatur. Iuridicialis enim constitutio (ut Cice. in rhe. ue. docet) est in qua eq & recti natura: aut pmii aut pene ratio qrit. Estq; absoluta qa cõtinet iniurie qstionẽ & accusationẽ Lucii Catilinæ quæ dicit Portii latronis. suntq; qui putãt eũ Catonẽ quoq; dictũ: & postea cõsulẽ in trachia male aduersus sardiscos pugnasse. Nõ tamẽ is Marcus portius Cato est q quadragesies quater accusatus gloriose absolutus est: qa eius hic meminit. Nec is cuius oro in Catilinario habita est. Nec ẽ uera oro sed declamatio. Moris aũt erat ut iuuenes sese exercerent in arte dicẽdi accusando quẽuis nobilẽ: quo cõdẽnato maiorẽ gloriã asseqbant. Cæterũ qa Salustiũ tñ explanãdũ recepi i hũc pauca admodũ dicã. Si qd pcibus ualuissemus uobiscum. i. si præces nostre & uestre iudices superos exorare potuissent potiremur republi. quæ nunc pene extincta est. Idq; tpis. i. per id tẽpus. Est ãt accusatiuus tpis. In laudẽ qa laudãdo q̃ accusando acceptiores sumus q. s. exercitatio. forẽsis. i. in foro iudiciali. canere: id ẽ publicar aut carmine poetico enunciare. Aios ciuitatis. i. ciuiũ. Marco Catoni cuius iam memini maiori uidelicet. Et Balbe. Scipioni &c. horũ meminit Cicero in de clarisoratoribus. Pulcherrimarum artiũ scilicet laudande uirtutis & bonorum ciuium: quos ad maiora accendebant. Si modo: id est solummodo: id est si tãtum bono illorum temporum careremus. nec pateremur tot nostri temporis mala. Truculentam. plenã atrocitatis & seuitie. Coetaneo suo: id est equali: posset etiam dici eius. Ordo est. Dicẽdum erat Marco Catoni & Scipioni &c. Institutis. i. moribus probatis apud eos. A foro: in q agũr causæ. a curia. s. senatoria. In tribus aũt locis orabant in foro ad iudices ut hic. In senatu ad patres cõscriptos: & in cõcione ad quirites. Indies: id est quotidie. Caluerunt aut calluerũt lege. Diximus equi. Hoc uerbo uidet esse non declamatio: sed uera oratio coram iudicib' habita aut certe aliam prius ab eo habitam: nõ enim citamus seu allegamus quæ per declamationem tantum acta sunt: nisi quatenus declamatio sese uerã orationem simulat. Equidem: id ẽ certe: quod apud Vergilium pprie accipitur pro ego quidem: quod huic loco non congruit. Nam ego quidem diximus nõ

PORCII LATRONIS DECLAMATIO CONTra Lucium Sergium Catilinam.





I quid præcibus apud. Deos imortales sanctissimi Iudices uobiscum aliquãdo ualuissemus: iamdudũ & poteremur Rep. nostra florẽtissima: & ciues nostros haberemus: tum studiosos rerũ gerẽdarum: tũ patriæ simul: ac uirtutis amãtissimos: idq; tpis eximia lætitia fruueremur: cũ rationes oẽs dicendi nostras: in laudẽ summorũ: atq; optimorũ ciuiũ cõsumendas eẽ uideremus. Nihil enim statuimus animo dignius: nec autoritate maiorũ: nec opiniõe populari: q̃ in eo genere uersari forẽsis exercitatiõis: quæ canere laudes egregias summorũ hominũ posset: atq; aios inflãmare nr̃æ ciuitatis: ad imitandũ. Verũ ea dicẽdi uoluptas olim sapiẽtissimo uiro. M. Catoni plãe cõtigerit: necnõ & Galbæ: Scipioni: Gracchis: Porcinæ: Crasso: atq; Antonio sũmis: atq; ornatissimis oratoribus: quoꝝ tẽpora singulari præstãtia uirtutis: ac studio pene icredibili pulcherrimarũ artiũ floruerũt: Nobiscũ uero sententia nostra bene ageret: si modo tantũ abessemus ab illa modestia temporũ: atq; hominũ: nec icidissemus in atrocissimos Reip. fluct': ac miserãdã tẽporũ clamitatẽ. M. siquidẽ Catõi Scipioni coetãeo suo monimẽtis imortalibus huius urbis: & sine dubio clarissimis luminibus: tẽporũ suorũ: de legibus dicendũ erat: de istitutis maiorũ: de gloria militari: perlæpe de laudibus: ac uictoriis. Nobis uero q deuenimus in hãc truculentã tẽporũ cõditionẽ: sublata est omnis gratia dicendi: atq; interceptus locus omnis: aut iucũdissimi sermõis: aut cõciliadæ beneuolẽ

Sica.

dicimus.paucis ante diebus.Sa
lustius dixisset ante paucos di
es.Pridie.s.q̄ de eo diceret.Po
stridie.n.q̄ sica.i.pugio occult⁹
ad necē faciēdā: quo q utunt:
sicarii uocant.Lucē emphatico
.q.d.columē & decus.Nuper.i.
nūc parꝫ est tpis.In authorē sce
leris in ipsum iugurthā cōiura
tionis reū Barbarā.i. barbaris ñ
ciue dignā; aut apud barbaros
frequētē apud romāos uix pri
us auditā. Virtute strēnuitate:
& fortitudine. Nā nō ois uirtus
moralis ē & multi uirtute.i.for
titudine aī & robore corporis
si uirtutē nō habēt abuūt. Bel
loꝝ ciuiliū.s.iter Syllā & Mari
um:q̄ originē sumpserūt Me
tello cōsule. Vnde Flaccus Mo
tū ex Metello cōsule ciuicū.Ex
eo.n.tpe quo illi Marius ꝓlat⁹
est a plebe coeperunt nobiles i
Mariū iniquo ferri aio. Vñ Syl
la q in bello iugurthino cū ad
huc q̄stor erat eū plurimū iu
uerat eius potētiā & imanitatē
repssit: sed ut alibi dixi uicto
ria abusus est. Cōstat itaq; Cati
linariū bellū post iugurthinū
fuisse licet i plerisq; codicibus
praeponi soleat. Erat.n. Catilina
riū Cicerone cōsule: q sylle ta
bulas ꝓscriptionū in officiis ta
xat. Manū hoc ē exercitū prō
ptū máu penuria rei familiaris
q3 ere alieno oppssi erāt. Illece
bre hoc ē illectiōes & pollicita
tiones catilinariae. Vñ Salu. i ca
tilinario. Scio ego fuisse nōnul
los q ita existimarēt iuuētutē q̄
domū catiliae frequētabāt parꝫ
honeste pudicitiā hūisse. Ale
q̄si dicat ꝓ leuis armature mi
litibus mulieres aderāt: ut Ore
stilla sēprōia & alie ipudice ad
ipsius. Lecce domū. Qui dict⁹
est Marcus Por. lecca. Collabe
rēt. Alludit ad serpētes q̄ subi
to: sed tacito adoriunt. trucidē
dū: hoc ē atrociter occidendū.
Praesidiū.i. defensionē & ꝓte
ctionē. Miserabilē raro i malā
ptē dicius. Nā miser fere dr q
misericordia dignus. Faces.i.in
cēdia irarū. Sūmis.i.maximis:
aut suppmis hoc est pessimis:
Tria iudic. Tris ait fuisse cās su
scepte ire i senatū & rēpbli. Pri
mā repulsā cōsulatus. Secundā
auiditatem ppetuo dominādi.
Tertiā necessitatē pditissimoꝝ

tiae popularis. Nā si quādo uox nr̄a: siue a foro: siue a curia de
syderatur: dicēdū est ppetuo nobis: aut de teterrimis huius
patriae calamitatibus: aut de nefariis oppraessionibus ciuiū:
aut de pditae iuuētutis: nūc ipudicitia flagitiosa: nūc ignauia
singulari. Quare pestiū q̄nta in dies redūdatio est: uos estis te
stimonio iudices: quorū aures caluerūt assiduitate pene quo
tidiana: copiaq; incredibili ciuiliū cōtrouersiarū. Diximus eq
dē paucis ante dieb⁹: ut ꝓbe mēinisse potestis: de. L. Glabrio
nis imanitate: atq; audacia furiossimi hominis: & sine dubio
crudelissimi: cuius in Senatu sica pridie depraehēsa est: cū qua
.M. Papiriū: lucē ois patritiae dignitatis: extinguereolieba
tur. Nunc uero dicēdū est de. L. Catilinae sceleratissima men
te: atq; inusitata nequitia: q̄ nuper i omniū ciuiū pniciē: stra
gemq; redūdaturā: Dii imortales in autorem sceleris: tū beni
gnitate sua: tū cōsulari uigilia retorserūt. Quaeso igitur iudi
ces diligenter attendite: remq; cognoscite barbarā crudelita
te: periculo uero: & calamitate Reip. perniciosissimā. Lucius
siquidē Catilina nō ignobili genere praeditus: neq; ifima uir
tute: si dotes egregias: tū fortūae: tū corporis ad dignitatē ur
bis: nō ad perniciē cōferre statuisset. Rēpu. nup: ex atrocissi
mis bellorū ciuiliū uulneribus paulisper respirantē: nouis isi
diis opprimere cōatus est. Quid exhorruistis iudices? nō mō
opprimeř conat⁹ ē sed crudelissime uexař: ñ uexař tm̄: sed iau
dito quodā genere feritatis extinguere. Manū ad id cōparat:
diuersam quidē genere: sed magnitudine sceleris: uitaeq; simi
litudine pene eādē: q̄ manū exacerbatā cōtinuo penuria rei fa
miliaris: & ob id desyderio ꝑdae mirabiliter flagrantē: illece
brae sibi facillime cōciliauerūt: Cōsilia nefarii facinoris in am
plissimi ciuis. M. Leccae domo decoquaebātur: Ad eā greges cō
fluebāt pditorū adolescētiū: quoꝝ hic familiaritatē eximiā cō
secutus fuerat: cōciliatā partim assuetudie stupri: partim ge
nere quodā nefariae largitionis. Adhibiti sunt & cūcti barba
rorū hosium: nobilitati nō solū magnitudie & sūmo aeris alie
ni: uerū etiā cōsuetudie: ac studio turpissimarū rerū. Nec alae
muliebres ab eo coetu religioso: nocturno prorsus ab fuisse
iudicatae sunt: nulla deniq; portēta urbis: nullae finitimarū re
ligionū pestes: repertae sunt: quae nō denotatae solertissime p
hūc: p magnitudinē inopiae facillime cōcitatae: repēte deuola
uerūt in areā ipsā nefariae: atq; flagitiosae cōiurationis. Ratio
cōsiliorū fuit: ut Saturnalibus ꝓxime futuris uniuersi cū ar
mis ad ipsius Leccae domū praesto forēt: ibiq; dato signo cella
berētur oēs: parti ad diripiēdā: iflamādamq; urbē: partim ad
trucidādū Sēatū: parti ad eos cōficiēdos q p̄sidiū ubi ferř uo
luissent. Catilinā interi oēs: & Ducē. & Impatorē appellarēt:
Audistis iudices satis euidēter (ut arbitror) cōsiliū scelerati
simi hois Catilinae: teiq; indignissimae miserabilē: ac detestabi
lē crudelitatē. Nūc uero audienda caussa est: agnoscēdaq;

faces: q̇b. ille flagrauit ad cupiditatē hmôi scelerati facinoris ob eūdā: q̄s si plane cōprobatas uobis(ut arbitror) planeq; illustratas euidētib⁹ signis attulero : nihil erit īpedimēto : qn hostē Reip. crudelissimū: atq; īfestissimū sūmis supplicis: sūmis cruciatib⁹ multādū: ac mactādū esse iubeatis. Tria iudices: sētētia mea scelerata. crudelia. flagitiosa. iaudita q̄ mentē. Catilinæ semp imoderatā: semperq; nouis rebus studentē: ad exitiū patriæ cōmouerūt: nūc dicēda sunt. Primū ratio quædā tristis simultatis: qua ductus est: uniuersum Sēatū ex memoria repulsæ consulatus capitaliter fuisse semper insectatū. Secūdo rabies quædā temerariæ: ambitionis sitiens imodicæ gloriæ. prorsusq; inflāmata perpetua quadam: & singulari cupiditate dominādi. Postremo coetus īfames turpissimoꝝ hominū: nō mō fatigati diuturno malo domesticæ necessitatis: uerū etiā ibuti flagitiis: ac cōsuetudine scelerū sempiterna comite & genitrice pessimarū cupiditatū. qd' genus hominū Catilinā suūjēt dormiētē e somno facillime excitarī uoluisset. His āt ostēsis: breuiter: saneq; cōfutatis: q̄ ꝓ defensione flagitioꝝ suorū nr̄i aduersarii dicēda eē putauerūt: finē adesse uobis intelligetis. Bello mithridatico iudices lōgissimo qdē omniū: & sine dubio post punicū piculosissimo: cū diutius in Senatu de eligendo Impatore dubitatū fuisset: planeq; oēs ambigerent: quisnā sagacissimo regi sagacissimus nr̄ impator opponeretᷣ: Catilinā iter oēs cōpetitores: icrēdibili q̄dā ambitiōis magnitudine deflagrātē: oēs Senatoriæ sniæ reiecerūt. Eo telo pcussus adeo Catilina fuit: ut postea nullā omiserit: neq; pturbandæ curiæ: neq; īsectādi Senatus occasionē. Videbat nāq; detestādā cupiditatē suā: illo supstite: nunq̄ in eū locū puēturā fore: de quo illā pridē uniuersæ oīum uoces eiiciēdā eē putauissent. Voluebat itē āio summas uitæ necessitates: qbus exuere se posse arbitrabatᷣ: si qua ratione pclaris magistratibus aspirasset. Nūc illas uero magis: ac magis īstauratas quotidie itelligebat: q̄doq dē inspicerēt oēs uitæ suæ rationes: ea snia iugulatas ꝓrsus extitisse: ac qcq d increpuisset ulterius: metuendā eē cōsularē uigiliā: metuēdū eē iudiciū Sēatoriæ autoritatis. Hāc uero speciē: ita exanguē: ita cōsternatā cōsuetudo erexit uitæ prauissimæ ad oē facinus: neq; otii sui patiēs: neq; alieni. Qualis eius uita fuerit: & si præclare cōsciētia publica teneatᷣ huic tamē illustrādæ: seu patefaciēdæ testes indubitati uideri possunt ii: qui sacrariū illud libidinū colere: atq; obseruare cōsueuerūt. Quæ nugæ? Dii immortales? q̄ portēta scelerū? qui libidinū gurgites? q̄ sentinæ flagitiosorū? Verū is rumor sparsus est de moribus Catilinæ: eaq; gētiū opinio ꝓuagata: q̄tenus existimē uoces ipsas publicas: non hominū eē: sed oraculi potius nūcupādas. Famā uero popularē a maioribus nr̄is sæpenumero accepimus: neq; tenere unq̄ nasciturā eē: neq; temere occasurā: dedecus illud egregiū corporis nō ad dignita

comitū eius ere aliēo ac debito oppressorū: quoꝝ auxilio diuitū bōa diripe ꝑtēderat. Domestice hoc ē rei familiaris. Cōsuetudic appositorie comite ac gēitrice sempiterna: hoc ē q̄ cōsuetudo scelerū est comes & genitrix pessimaꝝ cupiditatū: quia unū peccatū attrahit aliud: & q peccatis se assuefaciūtᷣ tradūtur ipotētiores ad resistēdū. qd physica rōne cōprobat diu⁹ augusti. docēs ex ira fel & bilem seu colerā augeri a qbus auctis ꝓuocatᷣ ira. a libidie iecur turgeᷣ: uñ augetᷣ luxuria. risu splenē iflari q risum maiorē excitat. timore cor & precordia grādescere qbus timor augetᷣ. nā ceruinū. i. magnū cor ut ceruis .i. meticulosis iest hoībus. Etiā dormiētē. i. ēt si dormuisset cū suapte natura uigilātissim⁹ fuerit. Excitare uoluisset aut potius ualuisset. His ostēsis q̄ i accusatione Catilinæ adducta sunt & cōfutatis. i. iprobatis supple his q̄ fautores catiliæ putauerūt eē ꝓ defēsiōe. i. purgatiōe. flagitiorū. i. grauissimoꝝ sceleꝝ: r n̄i aduersarii. s. catilinæ uos iudices itelligetis: finē. s. orōnis meæ adesse uobis. Nō dicit declamationis: qa licet dclamatio sit: tm̄ habēda ē pinde atq; uera eēt orō. Declamatio āt ē i fictis causis ēt lōge post sniā datā orō ad exercendū igeniū: & ut prōptiores sint i ueris causis fuēta: ut Qui. & Senece. Videbat nāq;. qdā legūt uidebāt & puēturā fo: sed utrūq; sepe. Nā ordo ē. Nā cat. uidebat. i. cōsiderabat suā cupiditatē q̄ cōsulatū petebat: nūq̄ ꝓuēturā supple esse illo. s. telo obiecto supstite. i. ꝑdurāte ī eū locū. s. consularis dignitatis dē quo uniuerse. i. simul oēs uoces oīum. s. senatoꝝ & ppl̄i putauissent. i. decreuissent. pridē. i. paulo āte q̄ si priori die eē eiiciēdā .i. depellēdā supple eā. Necessitates ob debita & es alienū siq̄ .i. si aliq̄ rōne. i. uia. mgr̄atibus .i. ad mgr̄atus aspirasset. i. aspirādo puenisset: aut tm̄ aspirasset: uel qa audaces fortūa iuuat uel qa uidentes eū ad tātā glīā tendere mitius cū eo egissent. Nūc illas uero: hoc est nūc uero itelligebat illas. s. uoces qb⁹ eiectus erat magis ac magis in-

Declamatio.

staurata.i.coroboratas qm in-
spiceret oēs rationes uite sue ex
titisse. iugulatas.i. iterfectas &
cōdemnatas ea snia.s.senatus. In
crepuisset.i.ut obtinere qsi icre
pādo uoluisset. Cōsularem.ipsi
us cōsulis uidelicet Cicerōis. Sa
crariū illud libidinū ironicos
sicut prius:ab eo cetu religioso
Oraculum. dixerat. Nō hominū:sed oracu
li.i.respōsi ipsius dei ut apolli-
nis:qd orātibus & imolantibus
dabat.uñ enei.vi. Cessas in uo-
ta p̄cesq.q.d.sybilla cessare nō
debes enea. neq.n.āte dehiscēt.
Attonite magna ora domus. Fa
mā uero unde est illud aristote
licū qd cōis fama famat ñ oino
depdit. Labefactate: mollifica
te cui non patuit.q.d.nulli non
.i.unicuiq patuit. Lux illa: Ac-
cumulat dotes nature in Catili.
ut significet eo detestabiliorem
quo pluribus abusus est. Omit
to occupatio rhetorica q̄ se p̄te
rire aut nolle dicere significat
q̄ maxie dicit. Mollicie scenicā
.s.umbratile aut q̄li utunt hi-
striones in scena dū psona mu-
liebrem aut amātis adolescētis
iduūt. Obtuitus aut obtutus.i.
firmos aspectus. Blāditias mu-
liebres:mulieri cōuenietes. Frō
tis.i.pferentie.uñ Iuuena. Frōti
nulla fides q.s.n.nō uicus abun-
dat. Tristibus &c. Praetereo mē
tem illius.s.Cati.plus q̄ gladia
toriā.i.q̄ habeāt gladiatores:cū
tñ gladiatores tā auidi feriēdi
sint ut sese ptegere saepe negli-
gāt:ut i phormiōe Terentii cir-
ca finem: clare notificat phor-
mio. Siti.i.appetitionem & cupi
ditatē. Gr̄a.i.idulgentia & spe
cie grata meretricia.i.q̄lem so-
lent hr̄e & fuore meretrices.
Versipellius.i.astutius & magis
inuersa pelle. Tracta metapho
ra ab apologis Nā asinus dr̄ idu
tus pelle leonina feris terrorē i
cussisse donec uoce cognitus &
detracta pelle ludibrio hr̄et.
Vñ dictū est. Saepe sub agmina
latet hircus pelle licaon. Subq
Catone pio pfidus ille Nero. In
sētia.i.sordiū collectorio: sicut
in naui aq̄ imū de omnes senti-
nā defluūt & colligant. Hūani
tatis.i.māsuetudinis & miseri-
cordie hoiem decet:nā cādida
pax hoies trux decet ira feras:
ut igt Oui. Fōtem.i.originem:

tem nois: ac gloriae: sicuti par erat hoī nobilissima familia
nato: sed uti latro pditissimus ad oē genus flagitii cōferetidū
fuisse semp arbitratus est. Vires ad stuporē hominū p̄clarae:
atq insitatae:ppetua uoluptatū intēperātia sunt labefactatae.
Flos pueritiae uēustissimae at iuuētiū iucūditatē: cui ñ libidini
patuit flagitiosae iuuētutis? aut q̄ turpitudinis nōtā nō sube-
undā ultro:atq acersendā eē cogitauit? Lux illa uero p̄clari:
atq excellētis igenii:q̄ oēs diuinā semp & singularē:atq inu-
sitatā pēitus esse arbitrabant nō ne iter fedissimas uoluptatū
sordes restincta ē? omitto pestis huius ipurissimas uocesi mol
liciē scenicā:obtuitus ipudicos: blāditias muliebres: & oēm
deniq copiā nō mediocriū uitiorū sub illa frontis erudita si-
mul:atq insigni pulchritudiae delitescentē. Praetereo mētē il
lius plus: q̄ gladiatoriā: siti icredibilē humāi cruoris: mirū in
cōstātiae:genus:uultū nūc demissum:nūc alacrē: nunc anhe-
lātē scelus:nūc gratia meretricia florescētē: summū pecuniae
desyderiū:sūmā simul pdigalitatē:cōtemptū icredibilē oium
bonoꝝ. Itemq eximiā cū summis:atq ornatissimis ciuibus fa
miliaritatē. Nihil eni fuit isto mōstro uersipellius: aut muta-
bilius hoium mēoria:ita ut res diuersissime saepenūero uideā
tur i odē igēio: tanq̄ in sentina q̄dā teterrima simul redū dar:
Quis igit dubitādū eē putauerit hoiem p̄ditū huiusce istitu
tiōe uitae:remotissimū ab oi genere humānitatis: pfacile sese te
terrimo cuiq:atq imanissimo facinori fuisse accōmodaturū?
Fōtē aperuimus iudices oium Catilinae morū: atq oīs cōsue-
tudinis: Vñ illi demanauisse uis ista p̄clara cōsiliorū facillime
itelligenda est: Nūc uidēdū est spē atrocissimi sceleris: uñ illi
subministratā fuisse iudicemus. Cū hic itaq secū repeteret me
moria miserādā ignominiā cōmitiorū:turpesq angustias affli
ctae rei familiaris:simulq ituēret: uel sibi uiuēdū:ac moriēdū
fore cū turpitudie summa:uel Sēatū nullū eē oportere: de ra-
tione tollēdi ipsius primū cogitar coepit. Nā illo delecto sine
dubio itelligebat uiā latissimā libidinibus suis cōtinuo pate-
re. Vertit itaq oculos ad inūerabilē copiā iuuētutis: q̄ dies ac
noctes stipabat i exercēda cōsuetudie suarū cupiditatū: cū pu
tauit manū ipsā hoium:tāq̄ hastā ualidissimā furoris sui facil-
lime sibi accōmodari posse:q̄ cōtorq̄ret in oium nostrū ruinā
tem fuisse meministis. Quo quidē tēpore cū Aruspices ex tota Hetruria cōuenissent:cædes:atq; īcendia: & legū interitū: & bellum ciuile:ac domesticum:& totius urbis:ac imperii occasum appropinquare dixerunt: nisi Dii immortales omni ratione placati suo numine prope facta ipsa flexissent. Itaq; illorū respōsis:tunc & Ludi per decē dies facti sunt. neq; res ulla: quæ ad placandos Deos ptineret:ptermissa est:idemq; iusserūt simulachrū Iouis fieri mai⁹: & i excelsum collocari: cōtra atq; ante fuerat:ad orientē cōuerti: Ac si sperare dixerūt :si illud signū:quod uidetis:solis ortū:& forū: curiamq; cōspiceret:fore ut ea cōsilia: quæ clam essent inita contra salutem urbis:atq; imperii illustrarentur:ut a .S.P.Q.R. perspici possent. Atq; illud ita collocandū cōsules illi uoluerunt. Sed tāta fuit operis tarditas:ut neq; a superioribus cōsulibus:neq; a uobis ante hodiernū diē collocaretur. Hic quis pōt esse: qui tam auersus a uero:tam præceps: tā mentecaptus : qui neget hæc oia:quæ uidimus:præcipueq; hāc urbē Deorū immortalium nutu:atq; potestate administrari? Etenim cū esset respōsum:cædes icēdia: interitumq; Reip.cōparari:& ea a perditis ciuibus : quæ tum propter magnitudinem scelerum nōnullis incredibilia uidebantur : ea nō modo cogitata a nefariis ciuibus:uerūetiā suscepta esse sensistis. Illud uero nō ne ita psens est:ut nutu Iouis Optimi:ac Maximi factū esse uideatur? Vt cū hodierno die māe p forū meo iussu cōiurati:& eoꝝ indices in ædē Cōcordiæ ducerētur : ac eo ipso tēpore signū statueretur:quo collocato:atq; ad uos:Senatumq; cōuerso oia & Senatus:& uos q̄ erāt cōtra salutē oium cogitata:illustrata & patefacta uidistis. Quo etiā maiore sunt isti odio:suppliciooq; digni:q nō solū uestris domiciliis : atq; delubris sunt funestos: ac nefarios ignes iferre cōati. Quibus ego si me restitisse dicam:nimium mihi sumā : & non sum ferendus. Ille ille Iupiter restitit:ille Capitoliū:ille hæc tēpla:ille hāc urbē: ille uos oēs saluos esse uoluit. Diis ego imortalibus ducibus hāc mētē:uolūtatēq; suscepi:atq; ad hæc tāta indicia puēi. Iā uero illa Allobrogū solicitatio a. P. Lētulo:cæterisq; domesticis hostibus tāta res:tā demēter credita & ignotis & Barbaris:commissæq; literæ nūquam essent profecto:nisi a Diis immortalibus huic tantæ audaciæ consilium esset ereptum. Quod uero ut Galli homines ex ciuitate male pacata : quæ gens una restat: quæ bellum Reip. facere posse: & non te nolle uideatur: spem imperii : atq; rerum amplissimarum ultro sibi a patritiis hominibus oblatam negligerent : uestram salutem suis opibus anteponerent : id non ne diuinitus factum esse putatis? præsertim:qui uos non pugnando:sed tacendo superacere bellum:quod ad finem iugurthini late fatetur Salustius:& etiam male:

Cōtra atq;.i.cōtra q̄ aut cōtra id q̄ antea erat illud signū : id est stumulachrum iouis. Illustrarent.i.illustria & manifesta fierent:ut res in luce posite operis tarditas.i.moles & difficultas aut tarditas operis:id est operātium:q̄ nō ante eū diem perfecerit quo cōiuratio patefacta ē Etenim cū esset respōsum.s.ab haruspicibus & cæteris pdigiorū iterptibus.ita.i.ut sequit :uidelicet sedes:icendia:iteritum reipu.cōparari & ea sup.cōparari a pditis ciuibus q̄les sunt cōiurati.q̄ cū.s. respōdebant. cognita.i.cōcepta q̄ fierēt. uerūetiam suscepta.s.ut fierēt. Non ita psens.i.nō ita subitū ac fauorabile auxiliū.uidet legendū interrogatiue;ita ut affirmationē poscat. Na3 postea negabit sua id unius opera factum: ut cū.i. q̄ ita acciderit ut cū cōiurati & īdices eorum ut legati allobrogum ut uolturcius ducerentur hodierno die mane per forum in edē.i.tēplū cōcordie.s. dæ: signū statueret.i. cōstitueretur eo ipo tpe.i.in pūcto illius tpis quo signo collato atq; cōuerso ad uos & ad senatū oia uidisti patefacta:quia sicut in catilinario uisum est Cicero iussit coniuratos præter Lentulū (quem q̄ ptor esset ipe manu tenēs in senatū pduxit) cum custodib⁹ in edem cōcordie uenire. & aduocauit eo senatum. Delubris: id est in quibus sunt simulacra deorum. Sumam .i.assumā uē dicē arrogem mihi nimiū. unde quod uulgo præsumere dicimus aut præsumptuosum esse:latine diceremus sibi nimiū sumere. Sumim⁹ enim per nos cum nemo porrigat accipimus a prorigente seu dante. Nō sim ferendus:id est tollerandus. Ille ille.ad uehemētiam affectionis significandam geminat pronomen qd' de pclaro & nobili dici solet:ut Alexāder ille magnus. idicia.i.reuelationem criminū p eos q cōscii erāt. Iā illa. enarrat omnia per quæ uero simile sit diuinitus potius q̄ humanitus patefactam esse coniurationem. Cōsilium:id est prouidētiā quæ uideat & posse fa- scilicet potius quā pacem talem. Opibus.i.potentiis. Tacendo:scilicet de cōiuratione. Puluinaria pro templis inquit Seruius ponimus

Sumo.

Puluinaria.

nõ domus.s.priuata cõe pfugiũ.s.sua sui q.Nõ lectus ad qetẽ datus.s.a deo natura & moribus.A deo q a sõ nus est donũ deorũ:ut enei.ii.Tẽpus erat quo pria qes mortalibus egris. Incipit & dono diuum gratissima serpit.A natura q post laborẽ requiẽ qrit.& a moribus approbatis;qa sicubi tuti eẽ possemus maxie i lecto tutos eẽ cõi cõsensu sp placuit.Hæc sedes honoris.hæc ẽ cathedra i q̃ honoribus affecti sedẽt. Nõ sella curulis q summis mgr̃atibus debet.qbus pmissum erat i lectica & sella curuli circũuectari hñeris seruorũ. Vo q̃ uacua piculis mortis nõ solũ naturalis cõtra quẽ nullus locus satis tutus eẽ põt:sed & uiolẽte hoc ẽ necis a q̃ ob reuerẽtiã loci iterdũ meri to abstineãt. Nũc si hunc exitũ &c.Iterũ cõmemorat beneficia sua i populũ ro.& rẽpu. Quæcũq; fortuna.q.d. acerbissima. subeat.s.a me.i.libẽter ppetiar dũ tñ bõi pfecerĩ.Prope fatalẽ .i.deorũ fato ac pscripto cõcessum.Cõsulite uobis.i. saluti ue stre cõsilio pspicite.Nã primũ debeo sperare &c.id dicit religiose.uñ & illud Enei.ix. Pulcherrima primũ dii moresq; dabunt uñ. Ac.i. quẽadmodũ obtigerit.i.pter spem euenerit. Nã neq.sententiose oia. Ille gener.s.futurus.Quar.i.quãobrẽ Incũbite ad salutem. Valla negat incumbo recipere accusatiuum cum præpositiõe in re nõ pertinente ad animũ hic nõ facile pspicit. Incũbite.i. nitimini. Circũspicite .i. aiaduertite diligenter.aut adnotate circunquaq; oẽs procellas.i. turbulentas comotiones in repu. q̃ impẽdent.i.eminẽt casure ppe dicm in caput reipub.nisi.i.si nõ prouidetis. Tiberius gracchus qui occisus est q tribunatũ uiolenter sibi continuare uoluit. Non Caius frater eius.s.tiberii gracchi.de utrisq; aũt diximus alibi.q agrarios.i.agrorũ petitores p legem agrariam q̃ erat de agris cõiter codiuidẽdis: q̃ sæpe sed nunq̃ sine pnicie mota ẽ. Nõ lucius saturninus. de quo Florus i li.lxix.liuii. Apuleius saturninus tribu.ple.Caiũ mẽmiũ cãdidatũ cõsulatus petitorẽ maximũ:quẽ aduersariũ ei us actiõibꝰ suis timebat iterẽit. Quia uero gracchi & saturninꝰ p factione plebis occisi uident dicit Lẽtulũ & Cethegũ nõ eẽ tales:sed cões iã plebeiorũ q̃ pñcipũ hostes.Tenent duo.s. Lẽ. & cethegus q pñcipes erãt, auc qa popules erãt nõ leget duos sed dico uerũ Ci.nõ dico: sinquã dixisset.& ad imminuẽdam seueritatem sñie duorum trũ meminit. Solicitantur nõ tãtum legati:sed & alii q in patria erãt:quod ad terrorem dicit licet icertũ sit. Nam de iis q romenerant post inditium: certum est q sint amplius solicitati. Seruitia : id est serui. Accersitur : id ẽ uocatur in urbem.

Incumbo.

Saturninus.

auspiciis cõsecratus:nõ curia summũ auxilium omniũ gẽtiũ: nõ domus cõmune perfugium:nõ lectus ad quietẽ datus: nõ deniq; hæc sedes honoris sella curulis:unq̃ uacua mortis piculo:atq; isidiis fuit. Ego multa tacui multa ptuli:multa cõcessi multa meo quodã dolore in uestro timore sanaui. Nũc si hũc exitum Consulatus mei Dii immortales esse uoluerunt: ut uos .P.C.Q uir.excæde misera:coniuges:liberosq; uestros: uirginesq; uestales ex acerbissima uexatione:templa:atq; delubra: hanc pulcherrimam patriam:omniumq; nostrũ ex fœdissima flamma:totam Italiam ex bello & uastitate eriperẽ: quæcũq; mihi uni proponetur fortuna subeatur. Etenim si.P. Lentulus suum nomen inductus a Vatibus fatale ad perniciẽ Reip.fore putauit:cur ego non lætter meum consulatum ad salutẽ Reip.prope fatalẽ extitisse? Q uare .P.C. consulite uobis. prospicite patriæ:cõseruate uos coniuges:liberos: fortunasq; uestras Populi Ro.nomen:salutemq; defendite: mihi parcere:ac de me cogitare desinite. Nã primum debeo sperare oẽs Deos:qui huic urbi præsident pro eo mihi:ac mereor relaturos gratiam esse.Deinde:siquid optigerit:æquo animo:paratoq; moriar. Neq; enim turpis Mors forti uiro potest accidere.Neq; imatura consulari:nec misera sapienti : nec tamẽ ego sum ille ferreus:qui fratris carissimi:atq; amãtissimi præsentis mœrore nõ mouear:horumq; omnium lachrymis : a quibus me circunsessum uidetis : nec non meam mentẽ domũ sæpe reuocat exanimata uxor:abiecta metu filia:&paruulus filius: qui mihi uidetur amplecti Remp.tanquam obsidem consulatus:mei neq; ille:qui expectãs huius exitum diei astat in cõspectu meo gener Moueor his rebus omnibus: sed i eam partem ut salui sint uobiscum omnes : etiam si uis aliqua me oppræserit potius:q̃ & illi:& nos una Reip.peste peamus. Q uare.P.C. incũbite ad salutẽ Reip.circũspicite oẽs pcellas: q̃ ipẽdẽt. Nisi puidetis:nõ Ty.Gracchus:q iteꝝ Tr.Pl.fieri uoluit: nõ.C.Gracchus:q Agrarios cõcitare cõatus ẽ nõ.L.Saturninus:q.C. Mẽmiũ occidit:in discrimẽ aliquod:atq; i uestræ seueritatis iudiciũ adducitur. Sed tenẽtur illi: q ad urbis incẽdiũ:ad uestrũ oĩum cædẽ:ad Catilinã accipiẽdũ Rõæ restiterũt. Tenẽtur litteræ:signa:mãus: deniq; uniuscuiusq; cõfessio: solicitãtur Allobroges:seruitia excitãtur. Catilina accersitur.

Idem initũ cõsilium: ut interfectis oĩbus: nemo ne ad deplorã dũ quidẽ Reip. nomẽ: atq̃ ad lamentandã tanti Imperii calamitatẽ relinq̃tur. Hæc oĩa iudices detulerunt: rei cõfessi sunt. uos multis iusticiis iudicauistis. Primũ: quod mihi gratias egistis singularibus uerbis: & mea uirtute: atq̃ diligentia perditorũ hominũ patefactã esse cõiurationẽ decreuistis. Deinde quod. P. Lentulũ: ut se abdicaret Prætura coegistis. Tũ quod eũ: & cæteros: de q̃bus iudicauistis: in custodiã dãdos censuistis: maximeq̃ q᷑ meo nomine supplicationẽ decreuistis: q̃ honos togato habitus ante me est nemini. Postremo hesterno die præmia legatis Allobrogũ. T. quæ Vulturtio dedistis amplissima. Quæ sunt oĩa eiusmodi: ut ii: qui i custodiã nominati dati sũt: sine dubitatiõe a uobis dãnati eẽ uideãtur. Sed ego institui referre ad uos. P. C. tãq̃ integrũ: & de facto quid iudicetis: & de pœna q̃d censeatis. Illa p̃dicã: q̃ sunt Cõsulis. Ego magnũ in Reip. uersari furorẽ & noua q̃dã misceri & cõcitari mala iãp̃ridẽ uidebã. Sed hãc tantã: tã exitiosam haberi coniurationẽ a ciuibus nunquã putaui. Nunc quicquid est: quocunq̃ uestræ mentes inclinãt: atq̃ sententiæ: statuendũ uobis ante noctẽ est. Quãtũ facinus ad nos delatũ sit uidetis: huic si paucos putatis affines eẽ: uehemẽter erratis. latius opinione disseminatũ est hoc malum. manauit nõ solum per Italiam: uerum etiã trãscendit alpes. obscure serpens multas iã prouincias occupauit. Id opprimi sustẽdãdo: ac prolatãdo nullo pacto potest. Quacunq̃ ratione placet: celeriter uobis iudicãdũ est. uideo duas adhuc esse sentẽtias unã. D. Syllãi: qui censet eos: qui hæc delere conati sunt morte esse multandos. Alterã. C. Cæsaris q̃ mortis pœnã remouet: cæteroq̃ suppliciorũ oẽs acerbitatis amplectit̃. Vterq̃ & p̃ sui dignitate: & pro rerũ magnitudine in sũma seueritate uersat̃. Alter eos: qui nos oẽs: qui Populũ Ro. uita priuare conati sunt: qui delere Impiũ: q̃ Populi Ro. nomẽ extiguere pũcto tẽporis frui uita & cõmũi spiritu nõ putat oportere. Atq̃ hoc genus pœnæ sæpe in ĩprobos ciues ĩ hac Rep. eẽ usurpatũ recordat̃. Alter itelligit mortẽ a Diis ĩmortalibus nõ esse supplicii caussa cõstitutã: sed aut necessitate naturæ: aut laborũ: aut miseriarũ quietẽ esse. Itaq̃ iã sapiẽtes nũq̃ iuiti: fortes etiã sæpe libẽter appetiuerũt. Vincula uero & ea sempiterna certe ad singularẽ pœnã nefarii sceleris inuẽta sunt: mũicipiis dispertiri iubet. habere uidet̃ ista res iniq̃tatẽ si iperare uelis: difficultatẽ si rogare. Decernatur tñ: si placet: ego enim suscipiam: & : ut spero: reperiã: qui id quod salutis oium caussa statueritis: nõ putet esse suæ dignitatis recusare. A diũgit grauẽ pœnã mũicipibus: siq̃s eorũ uicula ruperit. horribiles custodias circũdat: & digna scelere hoium p̃ditoꝝ sancit: nequis eorum penã: quos cõdemnat: aut per Senatũ: aut per populũ leuare possit. Eri-

Initiũ. i. ĩceptũ ẽ aut cõceptũ ẽ & hĩsũ. Nemo relinq̃tur: quod uerbũ ad summũ odiũ excitãdũ plurimũ ualet. Indices. s. allobroges & uolturci9. Rei. i. de re: & quorũ res agit̃ Lentulus cethegus &c. Vos iudicastis. i. sẽtentiã tulistis: ut turpe sit aliter sentire re nõ aliter cõperta. Singularibus. i. egregiis & singulariter ad me habitis. Meo noie. q. d. ad honorẽ & famã meam. Supplicationẽ. i. rogationẽ & p̃cessionem diis faciendã. Togato. i. non sumptis armis. Noiati. i. expresso noie. Affines: hoc ẽ cõplices. Prolatãdo dies. i. procrastinãdo. Video duas &c. De his sentẽtiis manifeste uisum ẽ in Salustio de bello catilinario. Vnã Decii Syllani: quem tñ uariabilẽ asserit Salostius. Nã postea in Cæsaris sniam concessit. Omnes acerbitates cæterorum suppliciorum excepta morte. Vterq̃ tam decius q̃ cæsar. Alter. s. decius nondũ audita snia cæsaris. Pũctũ tẽporis. Cicero fere tempus q̃diu ĩ accusatiuo ponit etiã. si non sit determinatum: ut annum audientẽ cratippum. & hic punctũ. Cõi spiritu. i. aere quo spiramus: & quem inspiramus & expiramus respirantes. Alter. s. cæsar qui dicit̃ usq̃ ad penitudinem fuisse clemẽs quia quib9 pepcerat ab iis postea occisus ẽ. A diis immortalibus: a q̃bus bonũ credebãt petendũ. unde iuppiter iuuans pater dict9: & iono. quasi iuuãs nurus seu nutu. Necessitatẽ naturæ. s. deficientis: aut laborum aut miseriarum quietẽ. Vnde Flacc9. Mors ultima linea reꝝ. Dicebãt tamẽ ethnici etiã deos ultores scelerũ. Vnde iuppiter salmonea p̃strauisse fulmine: & in giganteo bello diĩ communiter impios necasse dicuntur. Eam: scilicet mortem. Sapiẽtes ut Socrates & regulus. & Cato uticensis postmodũ. de eo autẽ nũc non loquit̃ cum nõdum sibi mortẽ consciuerit. sed potius de deciis patre & filio aut de curcio q̃ se armatũ i hyatũ terre præcipitem dederat. Vincula sempiterna de q̃bus in ofone Cæsa. apud Salustiũ fit mẽtio. Decernat̃. i. diiudicet̃ a uobis q̃ sola. s. spes & est prouerbiale. Spes.

Hunc uero si secuti fuerint sui comites: si ex urbe exierint de-
speratorũ hominũ flagitiosi greges: O nos beatos: O Rẽpu-
fortunatam. O præclaram laudem Cõsulatus mei. Iam enim
non sunt mediocres hominum libidines non humanæ: ac to-
lerandæ audaciæ: nihil cogitant: nisi cædes: nisi incendia: nisi
rapinas. Patrimonia sua profuderunt: fortunas suas oblyguri
erũt. res eos iampridem fides deficere nuper cœpit. Eadem ta
men illa: quæ erat in abundantia: libido permanet. Quod si
in uino: & alea comessationes solum: & scorta quærerent: es-
sent illi quidem desperandi: sed tamen essent ferendi. Hoc ue
ro quis ferre possit? inertes homines fortissimis insidiari? stul
tissimos prudentissimis? ebriosos sobriis? dormiẽtes uigilan-
tibus? qui mihi accubantes in conuiuiis: complexi mulieres
impudicas uino languidi: conferti cibo: sertis redimiti: unguẽ
tis obliti: debilitati stupris: eructant sermonibus suis cædem
bonorum: atq; urbis incendia: quibus ego cõfido impendere
fatum aliquod: & penas iandiu improbitati: nequitiæ: sceleri:
libidini debitas: aut instare iam plane: aut certe iam appropin
quare. Quod si meus consulatus quoniam sanare nõ potest:
sustulerit: non breue nescio quod tempus: sed multa secula
propagarit Reip. Nulla est enim: natio: quã pertimescamus:
nullus Rex: qui bellum Reip. facere possit: omnia sunt exter-
na unius uirtute: terra mariq; pacata: domesticum bellum ma
net. Intus insidiæ sunt. intus inclusum periculum est intus est
hostis. cum luxuria nobis. cum amentia. cum scelere certan-
dum est. huic me bello Ducem profiteor o Quir. suscipio ini-
micitias hominum perditorum. Quæ sanari poterunt: qua-
cunq; ratione sanabo. Quæ resecanda erunt: nõ patiar ad per
niciem ciuitatis manare. Proin aut exeant: aut quiescant: aut
si in urbe: & in eadem mente permanent: quæ merentur: expe
ctent. At etiam sunt Quir. qui dicant a me in exilium eiectũ
esse Catilinam: quod uerbo: si ego assequi possem: ipsos istos
eiicerem: qui hæc loquuntur: homo enim uidelicet timidus
& permodestus uocem Cõsulis ferre non potuit: simulatq; ire
i exilium: iussus est. paruit. Quod hesterno die: cũ domi meæ
pene interfectus essem: Senatũ in ædem Iouis Statoris uoca-
ui: rem omnem ad Patres. C. detuli. Quo cum Catilina uenis
set: quis eum Senator appellauit? Quis salutauit: Quis de-
niq; ita aspexit: ut pditũ ciuẽ: ac nõ potius ut iportũissimũ ho
stem? Quinetiam princeps eius ordinis partem illam subsel-
liorũ ad quam ille accesserat: nudã: atq; inanem reliquærunt.

Sui: id est proprii. aut sui: id est
ipsius. Exegerint: id est uiolen-
ter euocauerint qui foris sunt i
castris mãlianis. O uos beatos.
Cedes. id est neces bonorũ. Ob
ligauerunt: id est oppigneraue
runt: nisi sit legendum obligu-
rierũt: id est auide ut rem dul-
cem ingurgitauerunt. Iampri-
Iápri- dem. dem: id est multo antehac. res
id est patrimonium aut posses-
sio: sunt qui substantiam uocẽt
habita autem re non facile im-
minuitur fides. Vnde Iuuẽalis.
Quantum quisq; sua nummo-
rum spectat in arca. Tãtum ha-
bet & fidei. Nuper: id est paulo
Nuper ante hac. Nup enim quasi nũc
parum: scilicet temporis transa
cti ẽ. Quod si i uinis: id ẽ pota
tiõibus obtimi uini. Notabit ãt
Vinis. ablatiuus uinis: quia rarus inuẽ
tum est: sicut & datiuus frumẽ
tis apud maronẽ. Quin & fru-
mentis labor additus. Scorta. i.
meretrices aut prostitutas seu
pueros meritorios qui & quæ
ut scortes: id est pelles arietine
subiguntur. Desperãdi: id est
de eorum salute desperandum
esset. Ferendi: id est tolerandi.
Qui mihi uidetur de cõi sum-
ptum illud mihi ut non magis
Ciceronem ac quẽuis alium de
monstret. Obliti: id est delibu-
ti ab obliuor penulti. bre. Eru
ctant: id est inter eructandum
minantur. Impẽdere: id est im-
minere; utrunq; est secũde con
iugationis. Nõ breue tẽpus: sed
secula quæ centũ annorum sũt
ut ludi seculares docent. Propa
gauit: id est produxit cõsulatus
meus reipub. unius s. po. roma.
aut reip. roma. Resecãda: ut mẽ
bra icurabilia ad q̃ alludit. Ma
nare: id est crescere & propaga-
ri. Proinde: id est ideoq; pseq:
id est efficere ut qs. s. eiiciat. Si
mulq. i. statim postq̃: aut eodẽ
tẽpore: quo iussus est. s. Catili-
na ire in exiliũ paruit. i. obedi-
uit. Qui aut gn lege: si q. ordo
est. ego q ut. i. postq̃ interfectus
eẽm pene. i. q̃si domi meæ p sa-
lutatũ missos: die hesterno: id
est pridiano uocaui senatum in
edem iouis statoris &cæ. Edes singulariter dicitur templum: non ponitur sine adiectiuo aut genitiuo eius
cuius est. Edes autem pluraliter sunt etiam priuatorum. ut edes meas non proscribam &cæ. Quis eum se-
nator & cætera: Ordo esse uidetur quis senator appellauit eum: scilicet ut ad se assideat: sed etiam di-
ci potest: quis appellauit eum dicendo senator: huc: scilicet ad sis sicut in euangelio. Vocatis me magi-
ster. Verum Cicero dixisset senatorem. miror tamen cur non dixerit senatorum.

hic ego uehemens ille Cōsul:qui uerbo ciues in exiliū eiicio: quæsiui a Catilina: an ī nocturno conuētu apud.M.Leccam fuisset nec ne.cū ille homo audacissimus cōsciētia cōuictus prio reticuisset: patefeci cætera: quid ea nocte egisset. ubi fuisset. quid in proxima constituisset: quēadmodū esset ei ratio totius belli descripta: edocui. Cū hæsitaret: cū teneretur: quæsiui quid dubitaret proficisci eo : quo iampridē pararat. Cū arma: cum secures: cum dignitates: cū fustes: cū tubas: cū signa militaria: cū Aquilam illam argenteā : cui etiā sacrarium scelerum domi suæ fecerat: scirem esse præmissam: in exilium eiiciebam: quem iam ingressum in bellū esse uidebam. Etenim credo Manlius iste centurio: qui in agro Fesulano castra posuit: bellū populo Ro. suo nomine indixit: & illa castra nūc non Catilinam Ducem expectant: & ille reiectus in exilium: se in Masiliam: ut aiunt: nō in hæc castra conferet. O cōditionem miseram: non modo administrādæ: uerumetiam conseruandæ Reipub. Nūc si.L.Catilina: consiliis: laboribus: periculis meis circūclusus: ac debilitatus subito pertimuerit : sententiam permutauerit: deseruerit suos: consilium belli faciundi abiecerit: ex hoc cursu sceleris : & belli iter ad fugam: atq; in exilium cōuerterit: nō ille a me spoliatus armis audaciæ : non obstupefactus: ac perterritus mea diligentia: nō de spe: conatuq; depulsus: sed indemnatus: innocens in exilium eiectus a Consule ui & minis esse dicitur. Et erunt: qui illum si hoc fecerit: nō improbū: sed timidū : me nō diligētissimū Consulem: sed crudelissimū Tyrānū existimare uelint. Est mihi tanti o Quir. huius inuidiæ falsæ, atq; iniquæ tēpestatem subire : dū modo a uobis huius horribilis belli: ac nefarii periculum depellatur. Dicat sane eiectus esse a me : dummodo eat in exilium: sed mihi credite: non est iturus: Nunquam ego a Diis immortalibus optabo Quir. inidiæ meæ leuandæ caussa: ut .L. Catilinam ducere exercitum hostium : atq; in armis uolitare audiatis : sed triduo tamen audietis : multoq; magis illud timeo: ne mihi sit inuidiosum aliquando: quod illum emiserim potius: quam eiecerim. Sed cum sint homines: qui illum cum profectus sit : eiectum esse dicant : iidem si interfectus esset: quid dicerent? Quanquam isti: qui Catilinam Massiliam ire dictitant. nō tam hoc quærūtur: quā uerentur. Nemo est isto tū tam misericors: qui illum nō ad Manlium: quā ad Massilienses ire malit. Ille autem si: me Hercule: hoc quod agit: nūq̄ ante cogitasset: tamē latrocinantē se interfici mallet q̄ exulē uiuere. Nunc uero: cū ei nihil adhuc præter ipsius uolūtatē: cogitatiōemq; acciderit : nisi quod uiuis nobis Rōa ꝓfectus est: optamus potius ut exeat in exiliū: q̄ quæramur. Sed cur tā diu de uno hoste loqmur? & de eo hoste: q iā fatetur se esse hostem

Hic ego uehemens ille consul: id est qui nunc dicor uehemēs consul. Hesitaret: id est dubitaret nescius qd responderet. Pararat. i. destiauerat seu cōstituerat. Cū aqlā illā argenteā. i. uexillū habens pro isigni aqlā argenteā: quo Marius in cimbrico belli usus dictus est. Sacrarium. i. tanq̄ rei sacre receptaculū & armariū cōsecratū. In agro Fesulano. i. in hetruria. In massiliā: oppidū antiquū & romanis maxie oium sociale: adhuc eodē noie in ꝓuincia galliæ: nisi q marsiliā qdā dicūt. Deseruerit suos. s. cōiuratos & cōfederatos & cōplices ut Māliū & milites q cū eo sunt. Prudēter aūt præuidet cōsul q̄ euenire possent. unde hāc cōcionē habuit ad quirites post ꝓfectionem Catilinæ priusq̄ p legatos allobrogū & īdicū quorūdā cōiuratio penitꝰ patefacta erat. Et erūt. elegāter ut adnotauit. Valla ponit hoc loco: & quasi sit. & tn̄ aut nihilo minus. Miserū. i. miserādū. unde in bonā fere ptē accipit. Illū. s. catilinā. Tāti. i. tāti momenti ac operꝑcii. Subire. i. me submittēdo ad hoc pati. Nūq̄ a diisim mortalibus optabo &c. q. d. malo īuidiā sustinere q̄ resp. tm̄ periculi sustineat. In armis uolitare. i. ꝓ leticia sic exultare ut non mō nō īpeditus pōdere armoꝝ uideat : sed & agilior factꝰ. Sꝫ triduo. i. itra tres dies. Vn̄ patet iā tū primū exiisse Catili. Inuidiosum. i. det ad īuidiā: q illū. s. Catili. emiserim. i. spōte exire ꝑmiseri: q̄ eieceri. i. ui expulerī. Cū ꝓfectus sit. i. spōte egressus. Quid dicerēt. q. d. nimiꝝ hoiēꝫ inocētissimū & optimū iniqssime iterfectū: & ita purgat se cice. ab eo qd obiici posset. Nā uerebat (qd̄ & euenit) catilinam cū Mālio bellū moturū. Vnde dicere possent romani. Tu consul eras: plenā auctoritatē puniendi habebas: quādo ipsum tenebas: cur emisisti: an ut ꝑficeret bellū īferret. Respōdet ne ab inuidis cēseat hoiēꝫ inocētē occidisse sicut nūc dr̄ eiecisse q spōte exiit. Massiliā: i ꝓuiciā galliæ. Quærunt. i. cōq̄runtur. Hoc. s. exiliū catilinæ q̄ uerent. s. ipsū in exiliū. abiturū & non arma moturū cōtra rēpu. aut eius gubernatores. Si ne me. i. cōsilio meo quo consului ut in exilium abiret. Nisi q

Et

ſtem? & q̃a: quod ſemp uolui: murus itereſt: nõ timeo de iis? q diſſimulãt: q Romæ remanẽt: q nobiſcũ ſunt: nihil dicius. quos quidẽ ego ſi ullo modo fieri poſſet: nõ tã ulciſci ſtudeo: quã ſanare: & ipſos placare Reip. neq; id: quar̃ fieri nõ poſſit: ſi me audire uoluerint: itelligo. Exponã enim uobis Quir. ex quibus generibus hominũ iſtæ copiæ comparentur. Deinde ſingulis medicinã: cõſilii atq; orationis meæ ſiquã potero: af ferã. Primum genus eſt eorum: qui magno ære alieno: maiores etiam poſſeſſiones habẽt: quarum amore adducti: diſſolui nullo modo poſſunt. Horum hominum ſpecies eſt honeſtiſſima, ſunt enim locupletes. Voluntas uero: & cauſſa ipudẽtiſſima. Tu agris: tu edificiis: tu argẽto: tu familia: tu rebus omnibus ornatus: & copioſus ſis: & dubites aliquid de poſſeſſione detrahere: ac fidem acquirere? Quid enim dicas? expectas bellum? Quid? ergo in uaſtatione hominum: tuas poſſeſſiones ſacroſanctas futuras putas? An tabulas nouas? Errant qui iſtas a Catilina expectant. meo beneficio tabulæ nouæ proferuntur: uerum auctionariæ: neque enim iſti: qui poſſeſſiones habent: alia ratione ulla ſalui eſſe poſſunt. Quod ſi maturius facere uoluiſſent: neque (id quod ſtultiſſimum eſt) certare cum uſuris: fructibus prædiorum locupletioribus his & melioribus ciuibus uteremur. Sed hoſce homines minime puto pertimeſcendos: quod aut deduci de ſententia poſſunt: aut ſi permanebunt: magis mihi uidentur uota facturi contra Rempubli. quam arma laturi, Alterum genus eſt eorum: qui quanquam præmuntur ære alieno: dominationem tamen expectant: rerum potiri uolunt: honores: quos quieta Republi. deſperant: turbata conſequi ſe poſſe arbitrantur. Quibus hoc præcipiendum uidetur: unum: ſcilicet: & idem: quod cæteris hominibus: ut deſperent ſe id: quod conantur conſequi poſſe. Primum omnium meipſum uigilare: adeſſe: prouidere Reipubli. Deinde magnos animos eſſe in bonis uiris: magnam concordiam: maximam multitudinem: præterea magnas copias militum: deos deniq; immortales huic inuicto Populo: Clariſſimo imperio: pulcherrimæ urbi: contra tantam uim ſceleris præſentis auxilium eſſe laturos. Quod ſi iam ſunt: id quod cum ſummo furore cupiunt: adepti: num illi in cinere urbis: & ſanguine ciuium: quæ mente ſcelerata: ac nefaria cupierunt: conſules: ac dictatores: aut etiam. Reges ſe ſperant futuros? Non uident ſe id cupere: quod ſi adepti fuerint: fugitiuo alicui: aut gladiatori concedi ſit neceſſe. Tertium genus eſt ætate iam confectum: exercitatione robuſtũ: quo ex genere eſt ipſe Mãlius: cui nũc Catilina ſucceſſit. hi ſunt hoĩes ex his coloniis q̃s Feſulis Sylla cõſtituit: quas ego uniuerſas ciuiũ eſſe optimo-

uiuis nobis: qa cogitarat prius ciceronẽ interficere q̃ ad Manlium pficiſceret: q̃ grauiur quia minus nociuus futurus eſſet in illo exilio q̃ in caſtris mãlianis. Fatet hoſtẽ: qa ciuitatẽ deſeruit. De his ut de aliis cõiuratis. Cepario Lentulo Cethego: qa nondũ ut dixi penitus indicata erat coniuratio. Quod ſanare: id eſt reducere ad ſaniorẽ mentem ut reſipiſcãt & aium mutẽt Sibiipſos. Ordo eſt. & ſtudeo ipſos placare ſibi. i. inter ſe reipublice: id eſt ad utilitatem reipublice ſi me audire uolũt. alii habent ſine me. i. eo q me audire nolunt. Vnum genus affert plurima genera eorũ qui in caſtris mãlianis ſunt. Vnũ eorum qui cum multa habeant plura debent: quia ſatiſſacere nolũt. Ad fidẽ. i. fidelitatem & confidẽtiã. Alterũ genus pſecutus eſt primum genus hominum qui cũ magnas poſſeſſiones habeãt multum tamen eris alieni cõtrahũt qa ſatiſſacere nolũt: capti amore pecunie: q qa effeminati ſũt: & auaricia uicti ñ arma: ſed uota contra rempubli. facturi uidentur. Addit autẽ ſecundum genus. utpote eorum qui cũ ere alieno dominari uolunt & ſunt multo perniciosiores. Rerũ potiri. f. imperio. dicit autem Valla potior genitiuum rerum regere cum cæterorum ablatiuos regat. Meipſum quaſi dicat qui cõſul ſum. Præſentis aut genitiui ẽ caſus: ut ſit ſceleris. præſentis: id eſt urgentis: aut accuſatiui ut ſit deos præſentis. id eſt cito auxiliantes. & ita fauorabiles ut in buccho. Vergi. Nec tam pſẽtes alibi cognoſcere diuos. Sũmo furore: quia furentis eſt cõcupiſcere quod aſſequi penitus nequeat. Ordo autem eſt: q ſi iam ſint adepti id quod cupiũt ſummo furore. num: id eſt nũquid cupiunt: aut ſperant ſe futuros cinere: id eſt per cinerem. hoc eſt per exuſtionem urbis: & ſanguinem ciuium & cede ciuium ſcelerata ac nepharia: cõſules aut dictatores aut ẽt reges. Grados obſeruãt in magiſtratibus illis qa cõſules ſine conſilio & auctoritate ſenatꝰ nihil faciebãt. Dictatores ex ſolo dictamine rõnis cũ ab illis ñ eẽt puocatio exercebãt iuſticiã: ſed ñ niſi ad certũ tps & ut plurimũ ſex mẽſiũ ingſatu eo

Poti-tor.

Rerũ.

Cõſul

Dicta-tor.

fungebātur. Reges aūt plus q̄ dictatores poterāt & ppetuo. unde consul minor est q̄ dictator & dictator q̄ rex. Fugitiuo: quia ipsi permanere non auderent. Etate affectum: nescio an sit legendum confectum. Manlius qui in hetruria exercitum catilinæ continebat. Sylla constituit: quod in catilinario asseruit Salustius. In tantum: id est tam magnum es alienum: id est debitum. inustus. id est firmiter impactus ut in ustio solet. Ista. scilicet proscriptiones & dictaturas. Quarum genus ponit eorum qui ex ueteri debito & consuetudine longa hebetiores facti sunt ut aperte prosequitur. Qui homines primum si stare nō possunt corruant. q. d. paruifaciēda est eorum ruina. Sed ita sup. corruāt ut non modo ciuitas sup. non sentiat. quia nisi in subauditione sit non: contraria fuerit sententia. Sed ne uicini quidem proximi. Nesciam an legendum sit ne proximi quidem uicini. Nam inter ne & quidem ponere solemus ea quibus id qd' negamus adesse potissimum adesse debeat. unde inter uicinos proximi primum sentire posse uidentur. Perire turpiter: id est cum dedecore & reipubli. detrimento. Sicut enim pulchrum est pro patria mori: ita turpe est contra eam succūbere: turpius uicere. Parricidarum qui parenti aut alteri sanguine cōiuncto uim intulerunt. Sicariorum: qui sica aliorum mortem patrauerūt ob prædā: aut aliam q̄uis iniquā causam: deniq: id est ut uno uerbo uniuersos dicam omnium flagitiosorum. id est qui grauia scelera abunde commiserunt. Pereant sane. Sane permittentis particula est: quasi dicat ita ut ab eo q sane sit mentis concedi aut permitti possit carcer qui noxiorū est. Postremum autem genus ē non solum de numero catilinæ uerumetiam de ipso genere(qa patricii sunt)& ita catilinæ. qd' scilicet esse de uita eius est pro primum catilinæ quia genus cō mune est multis & generositas: ultra merita nostra aduenit: uita autem tam bona quam mala nostra est. delectu: id est quos delegerit futuros sibi utiles: immo uero de eius complexu ac sinu quos ātiqua sodalitate diu iam fouerit. pexo: id est bene cōpto. Imberbes: id est adhuc inuestes & sine lanuine barbe: aut bene: id est multū: ut sunt latrones & conspectum hominum fugientes. Manicatis. id ē habentibus manicas oblongas: usq: ad manus quod mollium putabatur unde est illud maronianū. Et tunice manicas & habēt redimicula mitre. Talaribus. i. ad talos usq: dimissis. Velis. i. clamydibus cū cucullis ēt caput uelātib. Antelucanis cēnis. i. aut ante luciferum initis: aut pauloante lucē finitis. Vibrare: id est euaginatas agitare.

Rex.

rū & fortissimorum uirorum sentio: sed tamē hi sunt coloni: qui se insperatis: repentinisq: pecuniis sumptuosius: insolentiusq: iactarunt. hi dum ædificant tanquam beati: dum prædiis: lecticis: familiis magnis: cōuiuiis: apparatib' delectant. in tantum æs alienum inciderunt: ut si salui esse uelint: Sylla sit his ab inferis excitandus. Qui etiam nōnullos agrestes homines tenues: atq: egentes in eandem spem rapinarum ueterum impulerūt. quos ego utrosq: Quir. in eodem genere prædatorum: direptorūq: pono. Sed eos hoc moneo: desinant furere: & proscriptiones: & dictaturas cogitare. Tantus enim illorum temporum dolor inustus est ciuitati: ut iam ista nō modo homines: sed ne pecudes quidem passuræ esse uideantur. Quartum genus sane uarium: & mistum & turbulentū: qui iampridem premuntur: qui nunquam emergent: qui partim inertia: partim male gerendo negotio: partim etiam sumptibus in uetere ære alieno uacillant: qui uadimoniis: iudiciis: proscriptionibus bonorum defatigati: permulti ex agris: ex Vrbe se in illa castra conferre dicuntur. hosce ego non tam milites acres: quam inficiatores lētos esse arbitror: qui homines primum: si stare non possunt: corruant: sed ita ut non modo ciuitas: sed neq: uicini quidem proximi sentiant. Nam illud non intelligo: quam obrem: si uiuere honeste non possunt: perire turpiter uelint. Aut cur minore dolor perituros secum multis: q̄ si soli pereant: arbitrent. Quintū genus est parricidarū: sicarioR: deniq: omniū facinorosorum: quos ego a Catilina non reuoco: nam neq: diuelli ab eo possunt & pereant sane in latrocinio: quoniam sunt ita multi: ut eos capere carcer non possit. Postremum autem genus est non solum numero: uerūetiam genere ipso: atq: uita: quod proprium est Catilinæ de eius delectu. immo uero de complexu eius ac sinu: quos pexo capillo nitidos: aut imberbes: aut bene barbatos uidetis: mãicatis & talarib': ac tritis tunicis: uelis amictos: nō togis: quorum omnis industria uitæ: & uigilandi labor in antelucanis coenis expromitur. Iu his gregibus omnes aleatores: omnes adulteri: omnes improbi: impudiciq: uersantur. hi pueri tam lepidi: ac delicati: qui non solum amare: & amari: neq: cantare: & psallere: sed etiam sicas uibrare & spargere uenena didicerunt: qui ni exeunt: ni pereūt etiam si Catilina perierit: scitote hoc in Repu. seminarium Catilinarium futurum.

Sane

Verum quid sibi isti miseri uolunt? non suas secum mulierculas sunt i castra ducturi? Quemadmodū illis carere poterūt: his præsertim iam noctibus? Quo autē pacto illi Appenninū atq; pruinas atq; niues pferēt? nisi iccirco se facili⁹ hyemē toleraturos putant: qd in cōuiuiis nudi saltare didicerūt. O bellū magnopere pertimescendū cū hanc sit habiturus Catilina scortatorū cohortē Prætoriā: Instruite nunc. Quir. cōtra has tam præclaras Catilinæ copias: uestra præsidia: uestrosq; exercitus. Et primū gladiatori illi cōfecto & saucio Consules: Imperatoresq; uestros opponite. Deinde cōtra illā naufragorum eiectam: ac debilitatā manū florē totius Italiæ ac robur educite. Iam uero urbes Coloniarū: ac municipiorū respōdebūt. Catilina tumulis Syluestribus: neq; uero cæteras copias ornamenta uestra: præsidia cum illius latronis iopia: atque egestate debeo cōferre. Sed si omissis his reb. oibus: nos qbus suppeditamur: eget ille. Senatu Equitib. R. populo: urbe: ærario: uectigalibus: cūcta Italia: prouinciis omnib. exteris nationibus: si his rebus omissis ipsas caussas: quæ iter se cōfligūt cōtendere uelimus: ex eoipso q̄ ualde illi iaceant: intelligere possumus. Ex hac enim parte pudor pugnat: illinc petulātia. hic pudicitia: illinc stuprū. hinc fides: illinc fraudatio. hic pietas: illinc scelus. hinc constantia: illinc furor. hinc honestas: illinc turpitudo. hinc cōtinētia: illinc libido. Deniq; eqtas: tēperantia: fortitudo: prudētia: uirtutes oēs certant cū iniquitate. cū luxuria: cū ignauia: cū temeritate: cū uitiis omnibus. Postremo copiæ cū egestate: bona ratio cū perdita: mēs sana cū amētia: bona deniq; spes cū omniū rerū. desperatione cōfligit. In huiusmodi certamine ac prælio: nō ne etiā si hoium studia deficiant: Dii ipsi imortales cognat ab is præclarissimis uirtutibus tot & tanta uitia superari? Quæ cū ita sint Quir. uos: quē admodū iā antea dixi: uestra tecta custodiis: uigiliisq; defendite. Mihi uel urbi sine uestro: motu: ac sine ullo tumultu satis esse præsidii consultum: ac prouisum est. Coloni omnes: municipesq; uestri certiores a me facti de hac nocturna: excursione Catilinæ facile urbes suas: finesq; defendent. Gladiatores: quam sibi ille maximam manū: & certissimā fore putauit: quanquā meliore animo sunt: quā pars patritiorū: potestate tamē uestra continebūtur. Q. Metellus: quē ego prospiciēs hoc in agrū Gallicanū præmisi. Picenumq;: aut opprimet hominē: aut omnes eius motus: conatusq; prohibebit. Reliquis autē de rebus cōstituendis: maturādis: agēdis iam ad Senatū referemus: quē uocari uidetis. Nūc illos: qui in urbe permanserunt: atq; adeo contra urbis: salutē: omniumq; uestrū in urbe a Catilina relicti sunt: quanquā sunt hostes: tamē quia nati sunt ciues: monitos eos etiā: atq; etiā uolo: mea lēitas adhuc si cui solutior uisa est: hoc expectauit: ut id quod latebat:

His: quasi dicat tam longis aut frigidis. Appēninum montem intersecātem Italiam. O bellū ironia est prætoriam. & ita fortissimam. Vectigalibus: id est prouentibus. Si inquam: quia plusculam interposuit ante perfectam cōstructionem repetit principium. Nam ordo est Sed omissis his omnibus rebus quibus nos suppeditamur: id est abundamus aut subministramur abunde. & quibus ille: scilicet Catilina eget uelimus causas ipsas: quæ scilicet causæ. cōfligunt: id est cōcertāt inter se: qa nobis iustissima ē causa belli: iugurthe iniustissima: cōtendere. i. cōcertare iter se. nos possimus intelligere. ex eoipso: id est ex sola cōtentione causarū. q̄: id est quantū ualde illi. iacerent. i. ipotentes & demissi sint. Ex hac. id est nostra. Illic: idest illorū parte. Hinc: id est ex nostra. Deniq; eqtas &c. Reddenda sunt singula singulis equitas certat cū iniquitate: tēporantia cum luxuria. Fortitudo: id est strēnuitas cū ignauia. Prudentia cū temeritate. Virtutes omnes cū uitiis oibus. Et ita i seqntibus q̄ iter se pugnātia cōposit. Nōne. q. d. maxie. Consultū ac

Colōi prouisum ē mihi. i. a me. Coloni erant q exactis hostibus mittebant ad colēdas terras: ne hostes redirēt i uacuas: aut iutiles facerēt. Municipes erāt q in op

Municipes. pidis uicinis degētes mūere ac onera urbis cōportabāt: & magistratus minores illic gerebāt: & ad gerendos etiā maiores romæ apti erāt. Certiores facti. i. certe edocti. Gladiatores: credo legēdū gladiatores: quā manū. i. quorū collectionē: ille. s. catilina. putauit fore sibi maximā & fortissimā: q̄q̄ sūt aio meliore. s. ad bellū non ad uirtutē. i. audaciore: q̄ pars patritiorum. i. cōplures patricii: tamen continebūtur nostra potestate. Prospiciens: id est longe ante præuidens: hoc: scilicet quod modo euenit malū. Referemus. i. ad cōsultationē senatus ponemus. q. d. cum iter uos sint qui catiline faueāt nō expediat hic omnia aperire. Quia ut uulgo dicitur cum paucis consultandū cum multis pugnandū est.

Erumperet:id est ui quadam se aperiret. Meam hāc esse patriam. Arpinas tamen erat:sed municipes se romanos censebant:uel patriam animo & affectu consulem prospicere saluti sue:qui uero in urbe se commouerit:id motum citauerit:esse carcerem quem uindicem:id est ultorem uoluerunt maiores:quia sequentes exilium præferebant. Res maxima:id est periculosissima:in qua de salute ciuium & incolumitate reipublice agitur. Intestinum ac pro:id est domesticum. me uno:id est solo togato:id est existente in toga qui in urbe sedetur:id est paretur: ut tranquillum fiat. Duce & imperatore quia utriusq; fungeretur officio. Im- Nota ātitheton

erūperet. Quod reliquū est:iā non possum obliuisci: meā hāc esse patriam: meorū esse me consulem: mihi autē cum his uiuendū: aut ꝓ his esse moriendū: nullus est portæ custos: nullus insidiator uiæ: siq exire uolūt: cōsulere sibi possunt. Qui uero in urbe se cōmouerit: cuius ego nō mō factū: sed īceptū ullum: conatū ue contra patriā dephendero: sentiet in hac urbe esse cōsules uigilātes: esse egregios Magistratus: esse fortē Senatū: esse arma: esse carcerē: quem uindicem nefariorū: ac manifestorū scelerum maiores nostri esse uoluerūt. Atq; hæc oīa sic egētur Quir. ut res maximæ minimo motu: picula summa: nullo tumultu: bellū ītestinū: ac domesticū post hoīum memoriā crudelissimū & maximū: me uno togato Duce: & Imperatore sedetur. Quod ego sic administrabo Quir. ut si ullo mō fieri poterit: ne īprobus qdē quisq̄ ī hac urbe pœnā sui sceleris sufferat. Sed si uis manifestæ audaciæ: si īpendens patriæ periculū me necessario de hac aī lenitate deduxerit: illud ꝓfecto perficiā: quod in tāto: & tā insidioso bello uix optandū uideť: ut neqs bonus intereat: paucorumq; pœna uos oēs iā salui eē possitis: Quæ qdē ego neq; mea prudētia: neq; humanis cōsiliis fretus polliceor uobis Quir. sed multis non dubiis Deorū īmortaliū significationibus: quib. ego ducibus in hāc spē: sententiamq; sum ingressus. Qui iā nō procul: ut quōdā solebāt: ab extero hoste: atq; lōginquo: sed hic p̄sentes suo numine: atq; auxilio sua tēpla: atq; urbis tecta defendēt. Quos uos Quir. præcari: uenerari: atq; implorař debetis: ut quā urbem pulcherrimam: florentissimam: potentissimāq; esse uoluerunt: hac omnibus hostium copiis terra: mariq; superatis a perditissimorum ciuium nefario scelere defendant.

¶M. TVL. CICERONIS IN. L. CATILINAM. ORATIO TERTIA.

REmpublicam Quir. uitamq; omnium uestrum: bona: fortūas: coniuges: liberosq; uestros: atq; hoc domicilium Clarissimi Imperii fortunatissimā: pulcherrimamq; urbem hodierno die Deorum immortaliū erga uos summo amore laboribus: consiliis: periculisq; meis: ex flamma: atq; ferro: ac pene ex faucibus fati ereptam & uobis conseruatam: ac restitutam uidetis. Etsi non minus nobis iocundi: atq; illustres sunt hi dies: quibus conseruamur: quam illi: q̄bus nascimur: quod salutis certa lætitia est: nascēdi īcerta cōditio: & quod sine sensu nascimur: cū uoluptate cōseruamur: profecto quoniā illum: qui hāc urbem condidit: Romulū ad

peratoris enim est duci imperař ut & quo & quos ducat. Ducis est imperata strennue obire ipse ergo sibi imperator erit & populo dux. Sufferat:id est sustineat: quod quidem consultū uisum erat tantisper dum coniuratio tantum Ciceroni nota erat: nec per allobroges & uolturcium consulo depræhensos omnibus patefacta. Vis uiolentia. Vis optandum. Optamus tamen multa quæ nō audeamus utq̄ supra uires & merita sunt unde uix optandū emphaticos dicit: sicut Maro. Turne quod optandi diuum promittere nemo. Auderet: uoluenda dies en attulit ultro: non dicit speranti sed optanti: ne quis bonus: id ē innocēs. Paucorum: scilicet prīcipum coniurationis. Significationibus: id est indiciis & signis factis. Ingressus: quasi pedibus Nam & pedibus in sententiam īgrediműr: dū ad ptē cui assentimur accedius. Quos uos &c. scē & religiose mōet ī fine: ubi pōd ꝯexigiť orōnis ad řligionē.


Empublicam quirites. Hæc cōcio qua ī eundū catilinam inuehiť habita est ad quirites post manifestatam pēitus coniurationem per allobrogum legatos & uolturcium in senatum adductos cum scriniis litterarum a coniuratis scriptarum & signatarum: unde e senatu rediens Cicero populo rem omnem. quatenus operepræcium duxit exponit: & factum suum magnifice extollit. Fati. hoc est exitii fatalis. Conseruamur: uult eum diem celebrandum ab omnibus ea festiuitate qua solet a singulis suus cuiq; natalis. Profecto quoniā &c. se quoq; romulo comparandum censet: cum non minus urbem poenitus perituram seruare q̄ condere. Sustulimus: hoc est sursū tulimus: quia reuera discerptū dicunt romulum a patribus nō amplius comparuisse. De quo Liuius libro p̄io. Retudimus

Deos imortales beneuolentia: famaq; sustulimus : esse apud uos: posterosq; uestros in honore debet dies is: q eãdẽ hãnc urbẽ conditã: amplificatamq; seruauit. nã totis urbis templis: delubris: tectis omnibus subiectos prope iã ignes: circunda- tosq; restinximus. Item gladios in Rẽp. districtos retudimus: mucronesq; eorũ a iugulis uestris reiecimus. Quæ quoniã in Senatu illustrata: patefacta: cõperta sunt per me: uobis iã ex- ponã breuiter Quir. ut & quãta & q̃ manifesta : & qua ratiõe iuestigata & cõpræhensa sint: uos : qui ignoratis ex actis scire possitis. Pricipio: ut Catilia paucis ante dieb. erupit ex urbe: cũ sceleris sui socios : & huiusce nefarii belli acerrimos duces Romæ reliq̃sset: semp uigilaui: & prouidi Quir. quẽadmodũ i tantis & tã absconditis insidiis salui esse possemus. Nã tũ ex urbe Catilinã eiiciebã (nõ enim iã uereor huius uerbi iuidiã: cũ illa magis sit timẽda: q, uiuus egressus est) sed tum cũ illũ exterminari uolebã: aut reliquã cõiuratorũ manũ simul exitu rã: aut eos: q remansissent: infirmos sine illo: ac debiles puta- bam. Atq; ego: ut uidi: quos maximo furore & scelere esse in- flãmatos sciebã: eos esse nobiscũ & Romæ remãsisse: i eo oẽs dies: noctesq; cõsumpsi: ut q̃d agerẽt: quid molirẽtur: sentirẽ: ac uiderẽ: ut qm̃ auribus uestris ꝓpter incredibilẽ magnitudi nẽ sceleris minorẽ fidẽ faceret oratio mea : rem ita cõprehẽde rẽ: ut tũ demũ animis: salutiq; uestræ prouideretis : cũ oculis maleficiũ uideretis. Itaq; ut cõperi: legatos Allobrogũ belli Trãsalpini & tumultus Gallici excitãdi caussa a. P. Tẽtulo es- se sollicitatos: eosq; in Galliã ad suos ciues eodẽ itinere cum literis: mãdatisq; ad Catilinã esse missos: cõitemq; his adiũctũ esse Vulturtiũ: atq; huic datas esse ad Catilinã literas: faculta tẽ mihi oblatã putaui : ut quod erat difficilimũ : quodq; ego semp optabã a Diis imortalibus: tota res nõ solũ a me: sed eti am in Senatu a uobis mãifesto depræhẽderetur. Itaq; hester- no die. L. Flaccũ & Gn. Prõptiniũ Prætores fortissimos : atq; amãtissimos Reip. uiros ad me uocaui: rẽ oẽm exposui: q̃d fie ri placeret: ostẽdi. Illi autẽ: qui oĩa de Rep. præclara: atq; egre gia sentirẽt: : sine recusatione: ac sine ulla mora negotiũ susce- perũt: & cũ aduesperasceret: occulte ad põtem Miluiũ ꝑuene rũt: atq; ibi in ꝓximis uillis ita bipartiti fuerũt: ut Tybris iter eos: & pons interesset: eodẽ aũt & ipsi sine cuiusq̃ suspitione multos fortes uiros eduxerant : & ego de Præfectura Reati- na complures delectos adolescentes: quorum utor assiduæ in Reip. ꝑsidio cũ gladiis miserã. Interi tertia fere uigilia exacta cũ iã põtẽ Miluiũ magno cõitatu legati Allobrogũ igredi ici-

non recudimus a retũdo. Quæ quoniam in senatu : id est corã senatoribus & patribus unde in concionem descẽderat. Ex actis id ẽ ex his quem acta sunt. Eru puerit: id est ui exierit: ut solẽt fere ruptis clatris & aliis obsta culis. Nam tamen credo legen- dum non tantum: ut fit. Ego pu taui nõ tantum. i. nõ solum cũ . i. quando ego eiiciebam Catili nam ex urbe. Quia uero prius nolebat fateri se Catilinam eie cisse: sed tantũ admonuisse aut ei cõsul uisse ut exiret; ne imme mor ante dictorum uideret: ad dit per parenthesim. Nõ. n. q. d. mãifeste: fateor nũc me eiecisse eũ: non. n. uereor iam iuidiam uerbi. s. q̃d dixi me eiecisse eũ: cum illa. s. iuidia sit magis timẽ da: q, catilina exierit uiuus: sed tum. i. tunc cũ uolebam illum exterminari. i. extra terminos agi; hoc ẽ expelli: aut sup. tum cũ putabam : reliquã manũ. h multitudinem coniuratorum: aut exituram: id est exire debe re simul cũ catilina aut eos qui remãsissent fore: id est futuros infirmos ac debiles sine illo: sci licet principe suo Catilina. Atq; ego ut: id ẽ postq̃ uidi eos quos sciebam esse inflatos maximo furore & scelere esse nobiscum & remansisse rome: consumpsi oẽs dies & noctes: in id. i. i ea re ut scirẽ ac uiderẽ q̃d agerent & q̃d mollirent. Orõ. i. recitatio aut narratio mea cõprehẽderẽ rẽ. i. factũ ipum depẽhẽderẽ. Le gatos allobrogũ q populi sunt haud lõge a lugdunensibus: ut prius ostẽdi unde eos trãsalpi- nos uocat: q̃d quidẽ uerũ quo- ad romanos: nã nobis cisalpini sunt. Cũ lr̃is. s. scriptis. Mãdatis . s. uerbo dãdis. Quod erat dif ficillimũ quodq;. i. q̃d ego sem per optabã a diis &c. Præclara atq; egregia. Cõmẽdat pretores ut se candidũ significet nec uelle queq̃ recusare imeritum. Ad- uesperasseret: id est serum eẽt & ad speram tenderet: ut tybe- ris inter eos & põs iteresset: mo re suo præpositionem repetit: nam alii dicerent ut tyberis : & põs inter eos esset sine suspitio- ne: quia non manifestauerant illis causam cur eo proficiscerentur: ex reatina præfectura: ex ea parte italie ubi est reatina palus in qua natus saxis ungule iumentorum duriores effici dicuntur in reipubli. præsidio: nõ ergo ad perniciem. Interea narrat fere eadẽ quæ Salustius in Catilinario. Tertia quæ est sub diluculum.

